



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmæ Virtvtvm, Ac Vitiorvm , Tomus ...

Guilelmus <Peraldus>

Lvgdvni, 1585

Quartæ partis principalis, de Donis, Tractatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46132)

tur, liberos amat, proximos diligunt, his civium salutem gubernant, his socios circumspicere providentia protegit, iusta libertate decernunt, hisque sui memores alios fecere meredo. Et est politica prudentia, ad rationis normam, quae cogitat quaeque agit universa dirigere, ac nihil praeter rectum velle vel facere, humanisque actibus tanquam divinis arbitris providere. Prudentiae insunt ratio, intellectus, circumspicere, providentia, docilitas, cautio. Fortitudo animam supra periculi metum agere, nihilque nisi turpia timere, tollerare fortiter vel adversa vel prospera. Fortitudo praestat magnanimitatem, fiduciam, securitatem, magnificentiam, constantiam, tolerantiam, firmitatem. Temperantiam nihil appetere poenitendum, in medio moderationis legem excedere, sub iugo rationis cupiditatem domare. Temperantiam sequuntur modestia, verecundia, abstinentia, castitas, honestas, moderatio, parcitas, prudentia. Iustitiam servare unicuique quod suum est. De iustitia veniunt innocentia, amicitia, concordia, pietas, religio, affectus, humanitas. Secundae purgatorias vocant, hominis sunt qui Dei in se capax est, solus eorum quae animam eius expediunt qui decrevit se a corporis contagione purgare, & quaedam humanorum fugam solum se inferere dicitur. Haec sunt otiosorum qui a reipublicarum actibus se sequestrant. Harum quid singula velint, superius expressimus, cum de virtutibus philosophantium diceremus. Tertiae sunt purgatione defecantur animi, ab omni mundi huius aspergine deterrunt. Illa prudentiae est divina non quasi in electionem praeferre, sed solum nosse, & haec tanquam nihil aliud sit intueri, temperantiae terrena cupiditates non reprimere, sed penitus obliuisci. Fortitudinis passionem ignorare, non vincere, ut nesciat irasci, cupiat nihil. Iustitiae itaque cum superna & divina mente sociari, ut servet perpetuum cum ea foedus imitatio. Quartae exemplares quae in divina mente consistunt, a quarum exemplo reliquae omnes personae ordinata defluunt. Nam si rerum, aliarum multo magis virtutum ideas esse in mente credendum est. Illic prudentia est mens divina. Temperantia quae in se perpetua intentione conversa est. Fortitudo quae semper eadem nec aliquando mutatur. Iustitia quae perpetua lege a sempiterna operis sui continuatione non deflectit.

Quarta partis principalis, de Donis, Tractatus

De ordine dicendorum de donis: & quae vocentur dona. PARS I.

Dicendum est de donis quae Christus in se habuit. Et inquit Requiescet super eum Spiritus domini, &c. Quae etiam fidelibus dedit, ad Eph. 4. Ascendens in altum captivum duxit captivitatem dedit dona hominibus. De donis veniunt

hoc modo ageretur. ¶ Primo ostēderetur quare dona vocētur. ¶ Se-
 cūdo, tāgentur al: qua pertinētia ad cōmendationē donorū, & ad
 manifestandum numerum eorum. ¶ Tertio, ageretur per ordinē
 de singulis. ¶ Circa primam notandum quod Deus volens ostē-
 dere hominibus sanctitatem Christi mediatoris Dei & homi-
 num in quo sperare debebant, iuxta illud Eccl. 24. In me omnis
 spes vitæ & virtutis, voluit ostendere eum conceptum esse ex
 Spiritu sancto. Matth. 1. Inuenta est in vtero habens de Spiritu
 sancto. In eodem. Quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto
 est. Item voluit ostendere Spiritum sanctum in eo continuē
 mansurum, vnde Esaias loquens de flore ex quo mundus spe-
 rare debeat fructum salutis, ait: Requiescet super eum spiritus
 domini. ibi dicit gl. In Euāgelio Nazareorum, quod Hebraicē
 scriptum est, ita habetur: Factum est cū ascendisset dominus
 de aqua, descendit fons omnis spiritus, & requieuit super eum,
 & dixit ei: Expectabā te, fili mi, in omnibus prophetis, vt veni-
 res & requiescerem in te. Tu es enim requies mea, tu es filius
 meus primogenitus qui regnas in sempiternum. Et Io. 1. Vidi,
 inquit Ioannes Baptista, spiritū descendentem quasi columbam
 de caelo, & manentem super eum, & ego nesciebam: sed qui mi-
 si me baptizare in aqua, ille mihi dixit, Super quē videris Spi-
 ritum descendētem & manentē super eum, hic est qui baptizat
 in Spiritu sancto. gl. Specialiter dicitur spiritus manere in Chri-
 sto, a quo nunquam per peccatum recessit. Esa. 61. Spiritus do-
 mini super me. Item gl. super Ioannē Spiritu sanctus in sanctos
 venit, & propter peccata recedit. Secundum aliquem effectum,
 descensus spiritus super Christū in specie columbæ, idē ostendit
 quod ostendit vox de caelo veniens Matt. & Luc. 3. Hic est filius
 meus dilectus &c. Spiritus enim sonat idem quod charitas, sicut
 dicit gl. super illud Apoc. 1. A septē spiritibus qui in conspectu
 throni eius sunt. Similis vox audita est in trāsfiguratione. Mat.
 17. vbi verō Esaias ostēdit Spiritū sanctū in Christo māsulum,
 enumerātur nobiles effect⁹ qui à Spiritu sancto fuerūt in Chri-
 sto, cū dicitur: Requiescet super eū spiritus sapientiæ & intel-
 lectus &c. Illi verō effectus rectissime dona vocantur: vel septi-
 formis gratia Spiritu sancti. Cū enim Spiritu sanctus bonitas
 sit liberalissime se & sua cōmunicās: ipse est primū donum, quia
 se gratisimē cōmunicat. Aug. Magna misericordia Dei donum
 dat aequale sibi. Nā Spiritu sanctus donū est. De hoc dono legi-
 tur Act. 2. Baptizetur vnusquisq; vestrum in nomine Iesu Chri-
 sti in remissionē peccatorū vestrorum, & accipietis donū Spi-
 ritu

ritu sancti. In ipso etiã datur liberalissimè cætera dona: ideo effectus Spiritus sancti rectissimè dona vocatur. Nomine enim domini gratitudo vel liberalitas insinuat. Donum enim iuxta verbum, est dario irredibilis, quæ scilicet sit sine spe retributionis. Sen. lib. 4. de Beneficiis: Non est beneficium quod in questum mutatur. Idem in eodẽ: Si Deum imitaris, da gratis beneficia. Item rectissimè vocatur sepriformis gratia. Gratia enim dicitur ea quæ gratis datur. Præterea ubi enumeratur illi seprẽ effectus Spiritus sancti qui in Christo fuerunt, agitur de filio Dei veniente in sponsam suam. Sponsus verò ad sponsam veniens dona contulit afferre: ideo congruè illi septem effectus dona vocantur.

De commendatione donorum, & numeri eorum manifestatione.

P A R S II.

Circa secundum notandum, quòd ista seprẽ dona sunt quæ seprẽ stellæ in dextra Christi. Apoc. 1. & 3. & Stellæ dicitur sunt, quia nocte præsentis vitæ illuminant. Præsens vita vocatur, & propter aduersitates quibus plena est, & propter tenebrositatem culpæ & ignorantie quæ in ea abudant. In dextera vero Christi sunt hæ stellæ, quia Christus donationem horum donorum ad manum suam retinuit. Item hæc dona sunt seprẽ lucernæ de quibus Exod. 26. Facies lucernas seprẽ, & pones eas super candelabrum. gloss. Lucernæ seprẽ, sunt seprẽ dona Spiritus sancti, quæ in Christo cuncta semper manserunt, & fidelibus secundum voluntatem eius distributa sunt. Hæc super candelabrum ponuntur, quia requiescit super Christum Spiritus sapientie &c. Item hæc dona sunt seprẽ lampades, de quibus Apoc. 4. & 7. Lampades ardentes erant ante thronum, quæ sunt seprẽ spiritus Dei. Interli. Dona Spiritus sancti quæ accenduntur & illuminant, parata omnibus, quæ sunt sedes Dei. Itẽ hæc dona sunt seprẽ oculi. Apoc. 4. Et oculos seprẽ, qui sunt seprẽ spiritus Dei. Zac. 4. Super lapidẽ vnum seprẽ oculi sunt. Et exponit gl. de Christo, qui est lapis angularis coniugens duos parietes in vnum, super quẽ lapidem sunt seprẽ oculi. De quibus Esaia 11. Requiescet super eum Spiritus Domini &c. Item hæc dona sunt seprẽ crines qui caput Ecclesie, Christum scilicet, ornaverunt: quibus etiã caput spõsæ Christi, scilicet cor, debet esse ornatum. Hos crines demones conantur abraderẽ. His crinibus ablati homo debilis remanet, vt Samson. Iudi. 16. Isti seprẽ dona sunt cõtra seprẽ mala, quæ enumerat Gr. super illud Iob. 1. Vetus vehemens irruit à regione deserti &c. His verbis Spiritus qui mètẽ ante omnia prudentia, temperantia, fortitudo

dine, iustitia format, eadem contra singula tentamenta septem virtutibus instruit. Contra stultitiam sapientia, contra hebetudinem intellectu, contra precipitationem consilio, contra timorem fortitudine, contra ignorantiam scientia, contra duritiam pietate, contra superbiam timore. Tria istorum malorum ad effectam videntur pertinere. Vnum est respectu Dei, scilicet superbia, quae est inordinata excellentia animi. Aliud respectu proximi, scilicet durities. Tertium respectu inimici, scilicet timor vel pusillanimitas: contra superbiam est donum timoris. Greg. super. Ezech. Per timorem humiles sumus, pietas est contra duritiam. Idem: Per pietatem sumus misericordes. Fortitudo est contra pusillanimitatem. Quatuor mala videntur pertinere ad intellectum, scilicet stultitia siue insipientia, quae est quando intellectus sapore terrenorum, impeditur a gustando saporem aeternorum. Secundum est hebetudo, quae est grossities intellectus qua impenditur ne penetret interna mysteriorum, & ne agnoscat creatorem in creaturis. Tertium malum est ignorantia, quae est defectus discretionis quantum ad ea quae communiter sunt agenda. Quartum est precipitatio quantum ad deliberationem eorum quae sunt ardua, & quae pertinent ad perfectionem salutis. Contra haec quatuor mala vltima sunt donum sapientiae, & donum intellectus, donum scientiae, & donum consilij. Donum sapientiae lumen est quo agnoscuntur superiora. Scientia lumen est quo agnoscuntur inferiora. Intellectus, lumen est, quo agnoscuntur interiora: vnde a legendo intus dicitur intellectus. Donum consilij est lumen a quo cognoscuntur periculosiora. Affligantur & aliter septem mala praesentis vitae contra quae sunt haec septem dona. Primum malum est puerilitas. Esa. 65. Puer centum annorum morietur. 1. ad Cor. 14. Nolite pueri effici sensibus. Sap. 12. Infantium insensatorum more viuentes. Sen. Plerumque est cum non pueritia, sed quod grauius est puerilitas remanet. Contra hoc malum est maturitas sapientiae. Gre. super Ezech. Per sapientiam maturi sumus. Ad maturitatem sapientiae pertinet puerilia despiciere, & digna viri intellectu capere, & affectu desiderare. Puerilia intelligas, lac suauitatis temporalis, & bona temporalia, quae sunt ut pira, & poma comparatione aeternorum diuitiarum. Dignis intelligas gaudia aeterna. Secundum malum est brutalitas, quae exteriora sola in rebus sensibilibus capimus illis solis habentes, & quasi foris stantes: intima vero eorum cognitione non attingimus. Contra hoc malum est donum intellectus penetrans interiora. Greg. super Ezech. Intellectus tollit habitudinem. Tertium malum est periculositas. Contra quod est donum consilij. Pro. 24.

Erit salus vbi multa consilia. ¶ Quartū malum est certaminum spiritualium continuas. Contra quod est donum fortitudinis. Mundus iste campus est certaminis. Bern. In mūdo isto quāsi in stadio certaminis positi sumus. Iob 7. Militia est vita hominis super terram. ¶ Quintū malū est error circa bona & mala, & secundum qualitatem, & secundum quantitatem. Secundum qualitatem, cūm creditur bona quæ sunt mala. Esa. 5. Væ qui dicitur bonum malū. Secundum quantitatem, quando creduntur magna bona quæ sunt parua, & e conuerso. Cōtra hoc malū est donum sciētiae. Scientia respicit bonū & malū: vnde nominatur lignum sciētiae boni & mali. Gen. 2. Propter hunc errorem dicitur Sap. 14. In magno viuentes insciētiae bello, tot & tantā mala pacem appellāt. ¶ Sextū malum est vitæ execrabilitas: quæ scilicet vitæ nostra Deo non est honorifica, imò est contumeliosa. Contra quod est donum pietatis, prout dicitur pietas veneratio sanctorum, primo Dei, deinde eorum quæ ei sanctificata sunt. ¶ Septimum malū est stulta securitas, qua nihil est periculosus homini tot malis obfesso, Prou. 28. Qui confidit in corde suo, stultus est. ¶ Et notandum quòd minimum horum donorum præuolū omni auro quod est in mundo. Minimum videtur esse donum timoris, de quo tamen legitur Eccles. 12. Nihil melius quàm timor Dei. De pietate verò legitur 1. ad Ti. 4. Pietas ad omnia utilis est, promissionem habens vitæ quæ nūc est, & futura. Fortitudo verò hominem reddit insuperabilem. Pro 30. Leo fortissimus bestiariū ad nullius pauebit oecursum. Qui habet donum fortitudinis, dicit illud, Omnia possum in eo qui me confortat. ad Philip. 4. Sapientia in terra manens ad mensam caelestem descendit. Timor vèdicat infernū, vbi vitia exurit. Sapientia paradisi quæ iam æterna prægustat. Fortitudo verò & pietas vendunt sibi præsentia. Pietas aliena mala compatiendo sibi bona efficit. Fortitudo verò propria mala, patienter ea tolerando, sibi in bonum cōuertit. Itē fortitudo ad bona ardua hominem potenter reddit. Intellectus sapientiā dirigit. Consiliū fortitudinē, scilicet pietatē. Timor verò à fide dirigitur, qui cūm in Christo nō fuerit, inter dona non numeratur. Non enim enumerātur inter dona omnes gratiæ Spiritūs sancti, sed gratiæ excellentes quæ in Christo fuerunt. ¶ Et notandum quòd tres illarū gratiarū tribus bitanter pertinent ad intellectum, scilicet donū sciētiae, consiliū, & intellectus. Tres indubitāter ad effectū, scilicet donū timoris, pietatis, & fortitudinis. Donū verò sapientiæ, secundū quòdam pertinet ad intellectum, secundum quosdam ad effectum.

Secund
tinore.
intelle
druple:
in inc
Deus tr
cogniti
¶ Secur
lib. de v
quòd in
tia: gust
de Deo
cellente
Tertia
quod à
lentiam
sunt ar
dicitur
propter
eorum.
sunt de
hanc co
druplex
li, & du
ga mali
tiam ha
quam fa
quod du
cūm ma
tia ergo
lud, exce
tia à pre
na sua e
ipso, nō
tatis dic
vna resp
suauitat
beatitud
verò bon
dinis qu
sunt ard

Secur

Secundum veritatem verò videtur ad utrūq; aliquo modo pertinere. Vnde possumus dicere, quòd quatuor dona pertinent ad intellectum, quatuor aliquo modo pertinent ad effectum. Quadruplex enim cognitio salubris præcellentiam habes potest esse in intellectu, duæ pertinet ad id à quo sumus, scilicet ad Deum. Deus tripliciter in præsentem cognoscitur. Primo fide, quæ est cognitio initalis ad omnes pertinens, & innititur authoritati. Secundo cognoscitur intellectu, qui innititur rationi. Augu. in lib. de veritate credendi: Quòd credimus, debemus authoritati: quòd intelligimus, rationi. Tertio cognoscitur Deus experientia: gustâdo scilicet eius suavitatem. Secunda & tertia cognitio de Deo præcellentiam habent respectu primæ: & idè gratiæ excellentes sunt quæ pertinent ad eas, & enumerantur inter dona. Tertia salubris cognitio præcellentiam habens, pertinet ad id quod à nobis est, quod arduū est vel periculosum: quæ præcellentiam habet respectu illius cognitionis, est circa alia quæ non sunt ardua, vel periculosa. Gratia pertinet ad hanc cognitionem, dicitur donum consilij. Quarta cognitio est circa res ipsas quæ propter nos sunt specialiter quatum ad bonitatem & malitiam eorum, & habet præcellentiam respectu aliarū cognitionū quæ sunt de rebus quatum ad alias rerum dispositiones. Et gratia ad hanc cognitionem pertinens dicitur donum scientiæ. Itè quadruplex ordinata affectio potest esse in affectu: duæ respectu mali, & duæ respectu boni. Malum fugiendū est, & fugandum. Fuga mali remoti, scilicet mali futuri, illa virtuosior est præcellentiam habens respectu fugæ mali propinqui. Malū enim propinquum facile est fugere, scilicet malum præsens. Item fuga mali quod ducit ad futurum, scilicet mali culpæ, præcellentiam habet, cum malum culpæ bonū videatur, eò quod sit delectabile. Gratia ergo pertinet ad fugam mali futuri, & eius quod ducit ad illud, excellēs gratia est, & vocatur donū timoris. Itè fugare miseriam à proximo per cõpassionem, mala eius sibi assumendo, & bona sua ei cõmunicâdo, gratiæ excellētis est. Fugare miseriam à se ipso, nō est multū virtuosum. Et gratia illa præcellēs donum pietatis dicitur. Respectu verò boni sunt duæ affectiones excellētes: una respectu boni summi quod est finis: scilicet esuries, seu sitis suavitatis diuinæ. Amor illius suavitatis omniū est: omnes enim beatitudinem appetunt, sed esuries illa paucorum est. Respectu verò boni, quod est ad finē, quod arduū est, est affectio fortitudinis quæ excellit respectu affectionis quæ est ad bona quæ non sunt ardua. Vnde gratia pertinens ad illam affectionem, donum

fortitudinis dicitur. ¶ Itē notandū quōd inter istas septē gratias prout in Christo fuerūt, tres sunt pertinentes ad diuina, & quatuor ad humana. Ad diuina, donum intellectus quo cognoscitur Dei veritas, & donū sapiētię quo gustatur eius suauitas, & donū timoris quo honoratur Dei sublimitas. Timor enim reuerentię in Christo fuit: reuerēdissimē enim se habuit ad Deū homo ille, non æquans se illi secundū humanitatem, sed ei subiectissimū existens. Ad humana verò pertinent alia quatuor dona: humana enim diuiduntur in ea quę agenda sunt cōmuniter ab omnibus, & sunt in pręcepto, & ea quę pertinet ad perfectionem salutis. Ad ea quę communiter agenda sunt ab omnibus, pertinet donum pietatis, cui lumen ministrat donum scientię. Pietas enim quasi negotiatrix est & cōmutatrix: ideo necessariū est ei lumen scientię quo agnoscat ea quibus negotiatur. Circa ea quę pertinent ad perfectionē est donū fortitudinis, cui lumen ministrat donum consilij, hominē seruans à pręcipitatione in talibus vbi ipsa valde periculosa est. ¶ Item notandum quōd dono timoris sapientia inchoatur. Pro. 1. Timor domini, principium sapientię. Dono sapientię consummatur, donis verò mediis proficiendo ad consummationē sapientię appropinquat. ¶ Item notandum quōd duo dona pertinent ad contemplationem, scilicet donum intellectus, & donū sapiētię. Dono intellectus contemplatur Deum in creaturis, dono sapiētię in se. Alia quinque dona pertinent ad actiuam. Timore declinat malum. Prou. 1. Per timorem domini declinat omnis à malo. Dono pietatis & dono fortitudinis ad lumen scientię & consilij fiunt bona.

De dono timoris. PARS III qua habet quatuor capitula.

De ordine dicendorum, de dono Timoris. Et de descriptionibus eiusdem.

C A P V T I.

C Onsequenter agendum est de singulis donis per ordinē. Et primò de his quę pertinet ad actiuā. Actiuā enim prior est tēpore quā contemplatiua. Oportet enim q̄ homo primo exerceat se in actiuā quā ascendat ad contemplatiuā. Lia prior fuit nata quā Rachel. Gen. 28. Et prius fuit tradēda nuptui. Vnde legitur in eodē q̄ Laban dixit Jacob conquerenti de hoc q̄ Lia ei supposita esset pro Rachele: Non est in loco nostro cōsuetudinis, vt minores antē tradamus ad nuptias. Inter dona verò pertinentia ad actiuā prius dicitur de dono timoris, à quo nobis inchoandū est, si volumus proficere. Aug. in sermo. quodam de timore domini. Esaias dona enumerās, à sapiētia peruenit ad timorē, tanquā de sublimi descendēs ad nos, vt doceret ascendere illuc.

illuc. Ergo peruenit vnde debemus incipere proficiendo. ¶ De timore vero hoc modo agetur. Primo ponetur eius descriptiones. Secundo, commendationes. Tertio tangetur de speciebus timoris. Quarto, de his quæ valere possunt ad incurtendum nobis timorē. ¶ Circa primū notandū quod timor est spiritualis fuga mali ne perdat homo quod amat. Et est supra hæc descriptio de Gl. Aug. super Ioa. 10. cap. vbi loquitur de mercenario. Fuga timoris non est fuga ignauie, sed est fuga sapietia. Iob 28. Ecce timor Domini ipse est sapientia. Fuga timoris fuga est cautæ declinationis. Pro. 14. Sapiens timet & declinat à malo: stultus transilit & confidit. Talis est fuga Parthorum, quæ nõ est ignauia, sed bellandi peritia. Fugiendo vincunt Parthi: idē fugientes ab his quibus nota est eorum peritia timentur, sic timor dum timet timetur, secundum illud Philosophi: Qui timet Deum, omnia timet eum: qui verò non timet Deum, timet omnia. Vnde Cain perpetrato homicidio fratris, caput tremulum habuit, & ait: Omnis qui inuenit me, occidet me. Ge. 4. Nõ est turpis fuga, iacula cauere vel protegendo, vel abscondendo se, vel simulata fuga hostes ab vtriusque longe abstrahere, sicut legitur fecisse populus Domini, Ios. 7. Item dicit Aug. lib. 14. de Ciuitate, quod timor est amor fugiens quod ei aduersatur. Item timor est affectio futuri mali, secundum Damascē. timor est expectatio mali. dicit enim, Expectatum malum timorem constituit, præsens verò Tristitiam.

De commendatione Timoris.

CAP. III.

Ad commendationē Timoris diuini, Primò valere possunt Admonitiones quas scriptura sacra facit ad timendum Deum. Leuit. 30. Time Dominum Deum tuum. Deuter. 6. Dominum Deum tuum timebis. Iosue 10. Timete dominum, & seruite ei corde perfecto. In Psal. Seruire domino in timore. Item: Timete dominum omnes sancti eius. Ecclesi. 2. Fili accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia & timore. Eiusdem 7. In tota anima tua time Deum. Matt. 10. Timete eum qui potest & corpus, & animam mittere in gehennam ignis. Secundo promissiones quas scriptura facit timentibus Deum. Tob. 4. Multa bona habebimus si timuerimus Deum, & recesserimus à peccato & fecerimus bene. Ecclesi. 1. Timenti Deum bene erit in extremis, & in diebus defunctionis suæ benedicetur. In eodem. Timenti dominum bene erit, & in diebus consolationis suæ benedicetur. Tertio, quod scriptura sacra aded beatificat timētes Deū. Prou. 28. Beatus homo qui semper est pavidus: qui verò mentis est dura, cottuet in malum. Ecclesi. 15. Beatus cui donatū est habere

timorem Domini. Eiusdem 33. Timenti Deum beata est anima eius. in Psal. Beatus vir qui timet Dominum. ¶ Quarto, excellentia quam in scriptura sacra ostenditur habere timor respectu ceterarum gratiarum. Eccle. 25. Timor Domini se super omnia superposuit. Eiusdem 23. Nihil melius quam timor Domini. Bernardus super Cant. In veritate didici nihil æquè efficax esse ad gratiam promerendam, retinendam & recuperandam, quam si omni tempore coram Deo inueniaris non altum sapere, sed timere. ¶ Quintò, quòd timor Dei valde placet Deo. Sicut patet his verbis Scripturæ quæ sequuntur, quæ ostendunt, quòd beneficus sit Deus his qui timent eum. In Psal. Oculi Domini super meruētes eum. Oculi, inquam, misericordiæ. Firmamentum est Dominus timētib; eum. Dedisti hereditatē timētib; nomen tuum Domine. Quomodo miseretur pater filiorū, miserus est Dominus timētib; se. Voluntatē timentium se faciet. Ecc. 33. Timenti Deum non occurrent mala, sed in tentatione Deū, illi conseruabit, & liberabit eum à malo. Act. 10. In omni gente qui timet Deū, & operatur iustitiā, acceptus est illi. ¶ Sextò, cōmendabilis est timor Domini à multiplici eius effectu. ¶ Notandum ergo quòd timor Domini malū culpæ quod in homine inuenit, expellit scilicet peccatum. Eccle. 1. Timor Domini expellit peccatum: nam qui sine timore est, non poterit iustificari. Gregorius in homil. Prava mens si nō propter timorē queritur, ab assuetis vitis nō emēdatur. Iosue 9. Timuimus valde, & prouidimus animabus nostris. Eccle. 2. Qui timet Dominum, præparabunt corda sua, & in conspectu illius sanctificabūt animas suas. Aug. Timor medicamentum est, charitas, sanitas. Michæ 6. Salus erit timētib; nomē suum. Esa. 26. A timore tuo Domine concepimus, & quasi parturiuimus spiritum salutis. Malac. 4. Orietur vobis timētib; nomen meū sol iustitiæ. Itē timor à malo culpæ futuro custodit. Hiero. in epistolis: Timor virtutū custos est, securitas ad lapsum facilis. Exod. 20. Vt probaret vos venit Dominus, & vt terror illius esset in vobis, & non peccaretis. Timor Domini odit malum, Frou. 8. ideo non permittit illud in domum cordis intrare. Timor in æternum quasi expauētaculum ponit in corde hominis, & ad deterrendum vitia & dæmones. Ipse est ianitor cordis, vitia ab ingressu eius claua terribili deterrens. Claua illa infinita est magnitudinis, quā sit pœna æterna. Ipse gladius ex vtraque parte acutum: gladium inquā diuinæ sententiæ ad deterrandos fures spirituales intonat. Ipse latrones in terra corporis mei habitantes crucifigit. In Psal. Confige timore tuo carnes

nes me
lans, p
rat, ne
& ne f
dixerit
1. ad T
27. Si n
tur do
occafio
nerari.
Deum,
mentes
naviga
quocu
rant. It
dit. Eco
congre
ad cor
desist
Deum,
plenus
sus pro
mini si
ruerun
mentib;
tio. Pro
morabi
bona s
rus eiu
rem se
& hab
sunt p
tuz De
mini i
gustini
cipium
doctos
aliud p
gnitio
rem di
tium f

nes meas. Timor virgil est, & tempore pacis & tempore belli vigilans, pacem & securitatem suspectam habens. Ipse virtutes excitat, ne ad similitudinem ferri in quiete consumantur rubigine, & ne securi subito ab hostibus occidantur. Quum enim virtutes dixerint. Pax & securitas, repentinus eis superueniet interitus. 1. ad Thess. 5. Timor comprimit virtutes ne euanescent. Ecclesia. 27. Si non in timore Domini instanter tenueris te, cito subuertetur domus tua. ¶ Item timor a bonis transitoriis qui solent esse occasio peccati expedit, sicut timor naufragij nauem facit exonerari. Job 31. Sæper enim quasi tumentes super me fluctus timui Deum, & pondus eius ferre non potui. Greg. Quum fluctus tumentes desuper inueniant, nulla tunc cura rerum temporalium navigantibus, nulla carnis delectatio ad mentem reducitur. Ea quoque ex nauis proiciunt, pro quibus longa nauigia sumpserunt. Item ad mala presentis pœnæ hominem intrepidum reddit. Eccl. 34. Qui timet Deum, nil trepidabit. Item cor hominis congregat & restringit. Eccl. 21. Qui timet Deum, conuertetur ad cor suum. Item timor bonorum abundantiam introducit. Ecclesiast. 13. Qui timet Deum, faciet bona. Ecclesiast. 7. Qui timet Deum, nihil negligit. Cor est, ubi timor Domini est, sicut ager plenus cui benedixit Dominus. Gene. 27. Est etiam sicut paradysus propter amœnitatem & fertilitatem. Eccl. 40. Timor Domini sicut paradysus benedictionis, & super omnem gloriam operuerunt eum. supple benedictiones. In Psal. Non est inopia timentibus eum. Ecclesia. 40. In timore Domini non est minoratio. Prouer. 19. Timor Domini ad vitam, & in plenitudine commorabitur absque visitatione pessimi. Timori custodit dominus bona sua ad seruandum. Esa. 33. Timor Domini ipse est thesaurus eius. Timor Domini plenitudinem virtutis operatur. Timorem sequitur spes. Prouer. 23. In timore Domini esto quotidie, & habebis spem in nouissimo. Timentibus Dominum, factæ sunt promissiones. In Psal. Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timentibus te. Item timor Domini introducit charitatem, sicut sera linum, iuxta verbum Augustini, Eccl. 15. Timor Domini initium dilectionis eius. Itæ principium est sapientiæ. Prou. & Eccl. 1. Ber. super Cant. Instructio doctos facit, affectio sapientes. Aliud est multas diuitias scire, aliud possidere: nec notitia diuitem facit, sed possessio: nec cognitio sapientem, sed timor facit qui & efficit. Tu ne sapientem dixeris, quem sua scientia inflat. ¶ Item Bernardus: Initium sapientiæ, timor Domini: quia tunc primo Deus animæ

sapit, quum eam afficit ad timendum, nō quū instruit ad sciendum. Times Dei iustitiā, times Dei potētiā, & sapit tibi Deus iustus & potens: quia timor est sapor. Porro sapor facit sapientē, sicut scientia scientē. Timori sapiunt mala prout debēt sapere. Et hæc est prima species saporationis spiritualis. Ecclesiasti. Radix sapientiæ, timere Deum. In eodem. Plenitudo sapientiæ, timere Deum. Item in eodem: Corona sapientiæ timor domini. Corona facit ad ornatum capitis, & timor Dei est ornamentum sapientum. Sapiētib; etiam causa est coronæ eternæ. Item Prou. 16. Timor Dei disciplina sapientiæ. Homines licetiam absque timore Dei indisciplinati sunt: sed timor domini hominem grauem & matuum reddit. Grego. Anchora mētis, pondus timoris. Item timor Dei hominem temperatum reddit. Prou. 22. Finis modestiæ timor domini: id est, cōsummatio modestiæ. Item timor domini hominem fortem efficit. Prouerb. 14. In timore domini fiducia fortitudinis. Hęc fiducia debilitatem hominis in Dei fortitudinē mutat. Esa. 40. Qui sperant in domino, mutabūt fortitudinem. Greg. In via domini timor operatur fortitudinē, in via seculi debilitatem. Signum fortitudinis est quod timor Dei vincula cupiditatum dirumpit. Item quod cum adioribus habitat sempiternis: Esa. 37. Quis poterit habitare de vobis cum igne deuorante? Quis habitabit de vobis cum ardoribus sempiternis? Timor facit impleri illud Esa. 35. Tunc salies sicut ceruus claudus, secundum illud Poëtæ: Pedibus timor addidit alas. Timor transilire facit montes & colles altitudinum terrenarum. Timor fortissimos reddit pœnitentes ad portāda onera pœnitentiæ. Timor carcerem inferni, mortem, & tormenta que hostis ei minatur, in gladiū & ignem contra eum cōuertit. Hęc sunt eius refugium, iis se tuetur contra tela inimici. In igne illo ardorem cōcupiscentiarum extinguit. De inferno quasi de rotis fortissima tela hostium despicit. Timor ad infernum cōfugient ab illo maximē fugit. ¶ Itē timor hominem obediētē reddit. Eccle. 2. Qui timent dominum, inquirent quæ beneplacita sunt ei. In eodem: Qui timent dominum, custodient mandata illius. Genesis 22. Dicitū est Abrahamæ obediēti: Nunc cognoui, quod timeas dominum. Gregor. in 1. parte Moral. Deum timere est, nulla quæ faciēda sunt præterire. Quomodo timor plenitudinem virtutum operetur, ostendit Bernardus ad fratres de monte Dei, loquens de ingratitude religiosorum: Timor Dei incipit operari omnium virtutum plenitudinem, dum per iustitiam desert maiori, per prudentiam non credit se sibi, per tempe

tempera
obedien
mor dor
domini
domini
tam,
ficat. Hu
gloria. P
gloriatio
timor De
Qui tim
vltim. M
magnus
per timen
hominen
Timor
domini d
dine dier
pluias. P
nam fug
git, reptil
te mundi
possit: sic
desiderio
fornacis
Timor D
aliis præf
quam mil
videtur: r
decur mu
lus est pa
satiabiles
ut esse ti
omnes au
n. quod C
dicat, quod
vros sanc
ste est qu
quo adm
timent ser
bus metu

temperantiam refugit discernere, per fortitudinem totum se obedientia subdit non discernenda, sed adimplenda. Item timor domini est fons vite indeficiens. Prouerbiorum 14. Timor domini fons vite vt declinet à ruina mortis. Eiusdem 10. Timor domini apponet dies. Prouerbiorum 19. Timor domini ad vitam, supple, seruandam. Item timor domini hominem glorificat. Humiliat enim hominem, humilem verò spiritum suscipiet gloria. Prouerbiorum 29. Ecclesiast. 1. Timor domini, gloria & gloriatio. Eiusdem 1. Semen hominum honorabitur hoc quod timet Deum. Eiusdem 25. Gloria senū timor domini. Iudith vlt. Qui timet te, domine, apud te magni erunt per omnia. Prouer. vltim. Mulier timens Deum, ipsa laudabitur. Ecclesia. 25. Quam magnus est qui inuenit sapientiam & scientiam, sed non est super timentem Deum. ¶ Item timor Dei dum vana delectatione hominem cohibet, veram delectationem Dei meretur. Ecclesi. 1. Timor domini læticia, & corona exultationis. In codē: Timor domini delectabit cor, & dabit læticiam & gaudium in longitudine dierum. Timor domini est sicut ventus aquilo dissipans pluuias. Prou. 15. Ipse nubes carnalium cogitationum & affectionum fugat, & mentem serenat, riuos concupiscentiæ restringit, reptilia vitiorum de terra corporis humani exterminat, mare mundi congelando consolidat, vt super illud ambulare quis possit: sicut fecit Petrus Mat. 14. Vbi timor est, frigus est, ardores desideriorū carnalium & secularium temperas. Timor medium fornacis Babylonica facit quasi ventum rotis flantem. Danic. 3. Timor Dei ad eò hominē meliorat, vt vnus timens Deum mille aliis præferendus videatur. Ecc. 5. Melior est vnus timens Deū, quam mille filij impij. Bona etiā transitoria multum meliorare videtur: modicum enim cum timore Dei præferendum esse videtur multis diuitiis sine timore domini. Prouerbiorum 15. Melius est parum cum timore domini, quam thesauri magni & insatiabiles. Et vt breuiter dicamus, suis salubris doctrina videtur esse timor domini. Ecclesia. vltimo: Finem loquendi pariter omnes audiamus: Time Deum &c. ¶ De timore dicitur Esaia in quòd Christum repleuerit, quum de aliis donis tantummodo dicit, quòd in Christo requiescerent. Timor Dei replere debet viros sanctos. Bernard. loquens de spiritu timoris: Nec mirum, esse est qui totum sibi debeat hominem vèdicare. Item: Non est quo admittas superbiam repletus timore domini. Viri sancti timent semper & vbique Ecclesiast. 18. Homo sapiens in omnibus metuit. Prouerbiorum 28. Beatus homo qui semper est pau-

dus. Quod semper sit timendum, ostendit Bernardus super
 Cant. dicens: Quum adest gratia, time ne non dignè opereris
 ex ea. Amplius time subtracta gratia, quia relinquit te custo-
 dia tua. Si redierit gratia, multo amplius tunc timendū, ne for-
 tē contingat pati reciduum. Recidere enim quā incidere de-
 terius est, iuxta illud Ioannis 5. Ecce iam sanus factus es: non
 amplius peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. ¶ Alia tē-
 causa timoris possunt assignari. Quarum prima tangitur in
 Psal. Delicta quis intelligit? Delictum dicitur peccatum omis-
 sionis à delinquendo. Multi verò sunt, qui licet non commi-
 tant peccatum mortale, nesciunt tamen verum omittēdo mor-
 taliter peccent. ¶ Alia causa timoris potest esse, quia multa vi-
 dentur homini bona quæ Deus intelligit esse mala. Grego. Ple-
 runque in conspectu sordet æterni iudicis, quod intentione ful-
 get operantis. 1. ad Corinth. 4. Nihil mihi conscius sum, sed non
 in hoc iustificatus sum. ¶ Tertia causa est, quia nescit homo
 qualis futurus sit finaliter, licet in præsentī sit bonus. Ecclesia 4.
 Sunt iusti atque sapientes: & opera eorum in manu Dei: & tamē
 nescit homo utrū amore an odio dignus sit. Intellige finaliter.
 Potest enim aliquis in momento cadere, & non adiciet vte-
 surgat. ¶ Vbiq̄ timendum est, quia de quolibet statu aliqui
 damnantur. Osce 13. Consolatio abscondita est ab oculis meis,
 quia ipse inter fratres diuider. Et loquitur de inferno, Mat. 14.
 Duo in lecto, vnus assumetur, & alius relinquetur. Lectum in-
 telligas quietē contemplationis. Timendum est homini ex om-
 ni parte. Homo enim est sicut castrum vndiq̄ portas habens
 per quas capi potest. Portæ istæ, sensus sunt. Est etiam homo
 sicut castrum obsessum vndiq̄ ab hostibus. Sapientia 14. Crea-
 tura Dei in odium facta sunt, & in tentationem animæ ho-
 minum, & in muscipulam pedibus insipientium. Viri sancti
 non solum timent in malis, sed etiam in bonis. Iob non
 Verebar omnia opera mea. Grego. Piarum mentium est, ubi
 culpam agnoscere, vbi culpa non est. Idem: Si placere Deo
 veraciter cupimus, postquam peruersa subegimus, ipsa in no-
 bis bene gesta timeamus. Greg. in 2. parte Moralium: Iusti om-
 ne quod agunt metuunt, dum cautè considerant ante quem iu-
 dicem stabunt.

De speciebus Timoris.

CAP. III.

Notandum quod super illud Prou. 1. Timor domini principium
 sapientia, distinguit Glo. Bedæ duas species timoris
 his verbis: Duo sunt timores domini seruilis, qui principium sa-
 pientia

pientia est: & admirabilis, qui perfectione sapientiae comitatur.
 Seruilis principium est sapientiae: quia qui post errata sapere inci-
 pit, primo timore diuino corripitur ne puniatur: sed huc perfe-
 cta charitas foras mittit. Succedit huic timor domini permanens
 in seculum seculi, quem non excludit charitas, sed auget, quo
 timet filius ne vel in modico oculos amatissimi patris offendar.
 Berna. in sermonibus distinguit tres species timoris, his verbis:
 Primus timor est, ne cruciemur in gehenna. Secundus, ne exclusi
 à visione Dei priuemur tam inestimabili gloria. Tertius rapiet
 animam omni solitudine timidam, ne forte deseratur à gratia.
 Sed nec Beda, nec beatus Ber. ponunt species timoris nisi diuini.
 Vnde possunt distingui sex species timoris, vt enumerentur
 omnes species timoris, siue sit timor bonus, siue malus vel neq;
 bonus neq; malus. ¶ Prima species timoris est timor naturalis,
 quo quilibet timet naturaliter nociuū naturae. Hic timor nō est
 meritorius, neq; demeritorius, quia non subest libero arbitrio.
 Hoc timore timuit Christus naturaliter mortē. Marc. 14. Cœpit
 Iesus pauere. ¶ Secūda species est timor humanus: quum scilicet
 aliquis timet amplius debito corpori suo. Qui timor prohibe-
 tur, Matt. 10. Nolite timere eos qui occidūt corpus. Et procedit
 ex nimio amore presentis vitæ. Et sicut amor presentis vitæ
 quādoq; est veniale peccatū, vt quādo est citra Deū. Quandoque
 verò est mortale, vt quādo non est citra Deū: Ita timor huma-
 nus est veniale peccatū, quādo oritur ex amore veniali. Quādo-
 que mortale, vt cū oritur ex amore mortali. De quo amore Io.
 12. Qui amat animam suam, perdet eam. Ex timore humano
 negauit Petrus Christum. Matth. vicesimo sexto, Marc. decimo-
 quarto, Luca 22. ¶ Tertia est, timor mundanus, quando aliquis
 nimis timet rebus suis. Iste timor fuit in Iudæis quū occiderent
 Christum. Ioan. cap. duodecimo: Si dimittimus eum sic, omnes
 credent in eum, & venient Romani, & tollent locum nostrum
 & gentem. Iste timor multū habet cruciatus. Augustinus: Diui-
 tiae plus excruciant adeptæ amissionis timore, quàm concupitæ
 adeptionis ardore. ¶ Quarta species est, timor seruilis. Timor
 seruilis est, vt ait Augustinus, quum propter timorē gehēnæ cō-
 timet se homo à peccato. Et iste timor nō est cum charitate. Vn-
 de Augustinus loquēs de hoc timore: Inaniter, inquit, putat vi-
 ctorem se esse peccati, qui timore non peccat: quia si nō imple-
 tur foris negotium malæ cupiditatis, ipsa tamē mala cupiditas
 foris est hostis. Idē: ipsa voluntate reus est, qui vult facere quod
 nō licet fieri: sed idē nō facit, quia nō potest impune fieri. Nam
 quan

quantum in ipso est, mallet non esse iustitiam prohibentem, que punietem. Et vique si mallet non esse iustitiam, quis debitorabit quod si posset, eam auferret? Ac per hoc quomodo iustus est iustitię talis inimicus? vt si potestas detur, præcipiente auctoritate ne comminantem vel iudicantem ferat. Inimicus ergo iustitię est qui præ timore nõ peccat. Amicus autẽ erit, si eius amore non peccet. Item super illud Psalmographi: Confige timore tuo carnes meas. dicit glossa. Timor legis seruiliis pedagogo me præcessit, qui ad castrũ duxit, sed nõ crucifixit carnem, quia viuere peccandi volũtas, & sequeretur opus si speraretur impunitas. Et secundũ hanc glossam non solum vocatur timor seruiliis quãdo aliquis dimittit peccare timore pœnę futurę sed quãdo dimittit peccare timore pœnę temporalis: vt faciebãt multi in veteri lege, & vt fit hodie in multis religionibus. Roman. 8. Non accepistis spiritum seruitutis iterũ in timore &c. Timor seruiliis est quasi vestis de sacco, cũ qua nullus ingreditur regnum cœlorum. Non licebat indutum sacco ingredi aulam Assueri. Esther 4. Quinta species est timor initialis qui est imperfecta charitate. De quo 1. Ioan. 4. Perfecta charitas formittit timorem, quoniam timor pœnam habet. glossa. Timorem illum de quo dicitur, Initium sapientię timor domini. Quo timet quisque incipiens opera iustitię, ne veniat districtus iudex, & se minus castigatum damnet. Qui habet hunc timorẽ, timet puniri, & timet à Deo separari, quem iam amat: sed timor separationis principalior est. Sexta species est, timor filialis, qui est cũ perfecta charitate, qui secundum aliquem vsum suum manebit in patria. De quo in Psal. Timor domini sanctus permanet in seculum seculi, Qui habet timorem filialẽ, cauet offensam patris cœlestis, sicut bonus filius, etiã si sciret ex illa offensa nihil mali sibi accidere. Cum illo timore securitas est quoniam affit perfecta charitas. 1. Ioan. 4. In hoc perfecta est charitas De nobiscum, vt fiduciã habeamus in die iudicij quia sicut ille est & nos sumus in hoc mundo. glossa. Per hoc habemus fiduciã quia imitamur perfectionẽ dilectionis eius in hoc mũdo, amando scilicet inimicos. Vbi est perfecta charitas, deest remotio conscientie, & timor aeternę pœnę. 1. Ioan. 4. Qui timet non est perfectus in charitate. glossa. super illud, charitas foras mittit timorem. Perfecta charitas perfectam iustitiã facit: nec habet quod timeat, sed desiderat. Dicuntur sancti maximẽ timere gehennam quia maximẽ cauent ea quę ad gehennam ducunt. Greg. super Iob: Mens plus illuminata, plus timet. Hieronym. Prudenter timet

metur quicquid accidere potest. Vfus timoris filialis in patria dicitur esse quædam resiliens à Dei altitudine in propriam paruitatem. Poterit tamen videri alicui quod timor filialis in patria, sit voluntas cauendi Dei offensam, vel quædam fuga spiritualis diuinae altitudinis, qua scilicet electi refugiant se æquare Deo, volentes esse ei subiectissimi. ¶ Et notandum, quod quum timor sit fuga mali, malum verò diuidatur in malum pœnæ & malum culpæ, timor filialis fugit malum culpæ, scilicet Dei offensam: timor verò naturalis, naturaliter fugit malum pœnæ. ¶ Fuga verò mali pœnæ voluntaria pertinet ad alias quatuor species timoris: malum pœnæ diuiditur in pœnam sensus, & pœnam damni: & vtraque, diuiditur in temporalem pœnam & æternam. Fuga pœnæ sensus temporalis pertinet ad timorem humanum. Fuga verò pœnæ sensus æternæ, ad timorẽ seruilem. Fuga dāni temporalis, ad timorem mundanum. Fuga damni æterni, ad timorem initialem. ¶ Item notandum quod timor sic describi potest: Timor est spiritualis fuga rei præpotentis vel excellētis. Et intelligas rem præpotentē, quæ præpotens est secundū suspicionem vel opinionē timētis. Res verò illa vel est bona vel mala. Si bona, fuga illius pertinet ad timorem reuerentiæ. Si verò malū est, aut fuga illius mali est bona aut mala. Si mala est, pertinet ad timorem humanū, vel mundanum. Ad timorem humanum, si illud malum pertinet ad ipsam personam. Ad mundanum verò, si malū illius pertineat ad damna rerum. Si verò fuga illa bona est, & est sine charitate, pertinet ad timorem seruilem. Si verò est cum charitate, sed imperfecta, pertinet ad timorem initialem. Si verò est cū charitate perfecta, pertinet ad timorem filialem. Et notandum quod cum aliquod periculum homini imminet, ipse timere debet eum qui habet omnia in sua potestate. Greg. Quicquid est quod exterius scuit, per hoc ille merendus est qui hoc interius disponit. Psalm. Timeat dominum omnis terra. Aug. Si creature scūiant, Deum time, nō illas, quia omnia sub ipso sunt. glo. Cupiditatē nocendi per te habes: potestatem autē nocendi si ille nō dat, nō habes. Ideo Deus homo stās ante hominē, ait: Nō haberes in me potestatem, nisi esset datum tibi desuper. Nec etiā ipse diabolus vel vnā ouiculam potuit tollere viro sancto Iob, nisi prius diceret, Mitte manum tuā. Iob. hoc est, da potestatem. i. Mach. 2. A verbis viri peccatores ne timueritis: quia eius gloria stercus & vermis est: hodie extollitur, & eras non inuenietur. Esa. 8. Timorem eius, scilicet populi coniurantis contra me, non timeatis, neque paucatis: dominum

exercituum ipsum sanctificate, ipse pauor vester, & ipse terro-
 vester. Item Esa. 51. Quis tu, vt timeas ab homine mortali, & a
 filio hominis qui quasi fornax arefcescet? Prou. 29. Qui timeat
 hominē, cito corruet: qui sperat in domino, subleuabitur. ¶ Item
 notandum quòd Ioannes Damascenus distinguit sex species
 timoris, vnanquamque describens his verbis: Diuiditur timor
 in sex species, in segnitiam, erubescētiā, verecundiam, admi-
 rationem, stuporē, agoniā. Segnities est timor futurae operati-
 nis. Erubescētia timor est in expectatione conuictij. Verecundia
 timor est in turpi facto. Admiratio est timor ex magna imagi-
 natione. Stupor est timor ex inconsueta imaginatione. Agonia
 est timor per casum: scilicet per infortunium. De erubescētia
 dicit Ioānes Damascenus, quòd est optima passio. Philosophus
 de iuvene quodam: Erubuit, salua res est. Senec. in epistolis.
 Verecundia bonum in adolescente signum est. Tullius in lib. de
 offic. Sine verecundia nihil rectum esse potest, nihil honestum.
 Bernar. super Cantic. Nescio si quicquam gratius verecundia in
 moribus hominum deprehēdi queat. Verecundia omnium est
 ornatus ætatum: sed in tenera ætate amplius pulchriusque ex-
 tescit. Quid amabilius verecundo adolescente? quàm pulchra
 hæc & quàm splendida gemma morum in vultu adolescentis,
 quàm vera & minimè dubia, bonæ nuntia spei bonæ indolis in-
 dex est? Quid ita? turpiloquij & omnis deinceps turpitudinis
 fugitium. Soror est continentia. Nullū est æquè manifestum
 signum columbinæ simplicitatis. Et idè testis est innocentia.
 Lampas est pudicæ mentis iugiter lucens: vt nihil in ea turpe
 vel indecorum residere attentet quod non illico prodatur. Item
 Verecundia spiritalis gloria est conscientia, famæ custos, vitæ
 decus, virtutis sedes, virtutum primitia, naturæ laus, insignis
 totius honesti. De erubescētia bona vel mala, require in tracta-
 tu de superbia, vbi agitur de ornatu mulierum.

*De his quæ possunt incutere Timorem. De attendendis circa extre-
 mum iudicium. Et varietate, acerbitate, & infinitate pœnarum
 infernalium.*

CAP. IIII.

Dodecim sunt quæ possunt homini iacutere timorē. Pri-
 mū est, cōsideratio lachrymarū Christi. Verisimile est statim
 illū valde periculosum esse pro quo Deus fleuit. De lachrymis
 Christi, habetur Luc. 19. Vidēs Iesus ciuitatē, fleuit super illā. Et
 Io. 11. Et lachrymatus est Iesus. Et 5. ad Heb. Cū clamore valido
 & lachrymis preces offerēs exauditus est pro sua reuerētia. Be-
 Cōpatitur Dei filius, & plorat: homo patitur, & ridebit. ¶ Secū-
 dum

dū est, cōsideratio passionis Christi. Ber. Ex cōsideratione remedi-
 dij, periculi mei estimo quātitatē. Filius enim occidi iubetur, vt
 vulneribus meis pretioso sanguinis illius balsamo mediatur.
 Agnosce homo quā graua sint illa vulnera pro quibus necesse
 est Christū dñm vulnerari. Sic medicina: aestimatio, & timoris
 & doloris est exaggeratio. ¶ Tertiū est, cōsideratio culpabilita-
 tis nostrę. Si enim timet aliquis, quū scit se reū esse vnius crimi-
 nis in curia alicuius terreni principis: quantū timere potest qui
 tot & tantorum criminū scit se reum esse apud districtissimum
 iudicē? ¶ Legitur de quodā rege nobilissimo qui fuit in Græcia,
 qui memor malorū suorū & diuini iudicij, semper tristis erat,
 etiā cum solēnitates cum principibus suis celebrabat. Qui inter-
 rogatus super hoc à quodā fratre suo, voluit ei causam suā tri-
 stitię ostēdere, & misit buccinatores suos ante portā eius, quod
 secundū consuetudinē illius regni certissimum erat signū mor-
 tis. Et cum frater regis ad regem esset adductus, & non modicū
 timeret, & valde tristis esset, requisit rex quare non gauderet.
 Cui cum frater respondisset, quomodo in statu tali gaudere
 posset, indicauit ei rex causam tristitię suę. Si enim ille tantum
 timebat qui sciebat regē esse fratrem suū, & qui in nullo sciebat
 se esse culpabilem apud eum, quia aliqua signa offensę regię
 audierat: meritō timere poterat qui in tot & tātis sciebat culpa-
 bilem se esse apud dominū maiestatis. Hier. in epistolis: Si tanta
 cura pertimescitur iudiciū pulueris, qua intētionē cogitandum
 est, qua formidine præuidendū tātę iudiciū maiestatis? ¶ Quar-
 tum est, consideratio humanę infirmitatis & impatiētię. Adeo
 enim sunt homines impatiētes, quod musca vna si eos diu infe-
 stauerit, facit eos irasci quādoque vsque ad Dei blasphemiam. Et
 modica pœna temporalis quandoque affligit hominem vsq; ad
 tædium vitę: vt patet in Elia. 3. Reg. 19. qui petiit animę suę vt
 moreretur. ¶ Quintū est, misericordia quā Deus exhibet homi-
 nibus in præsentī. Secundū enim magnitudinē misericordię in
 præsentī, erit magnitudo iustitię in futuro. Sicut enim Deus est
 summē misericors, ita summē iustus. Et sicut opera misericordię
 ipsius in præsentī reputātur stultitia, cōparatione facta ad ho-
 minū misericordiam: sic iustitia eius in futuro furor hominibus
 apparebit. Naū 1. Vlscens Deus, & habens furorē. Furor vide-
 bitur quādo peccatores pro quorū salute mori voluit in ignem
 proiiceret, nec eos de cetero ab igne eruet. Sicuti mulier furibū-
 da iudicaretur, si filiū suū in ignē proiiceret, & inde extrahi non
 permitteret. ¶ Sextō valere possunt ad timorem incutiendum
 opera

opera iustitiæ, quæ legitur Deus fecisse in mûdo isto: vt est vindicta quam sumpsit de Lucifero, & angelis qui ei adhaeserunt, quos propter peccatum superbiæ irremediabiliter damnauit. Luc. 10. Videbam satanã quasi fulgur de cælo cadentem. 1. Pet. 2. Si Deus angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit &c. ¶ **¶** Rudentes sunt funes quibus nauarũ vela suspendunt, vt flante aura portus irranquillitatem relinquunt, seque ambiguis fluctibus credant: quibus rudentibus conuenienter immundorũ spirituum conamina cõparantur, qui mox vt flante superbia impulsu se aduersus creatoris erexerunt: ipsis elationis suæ conatibus in abyssi profundum sunt rapti. Aliud opus iustitiæ est, pœna mundo inflicta pro peccato primorũ parentum. Pro peccato enim gulæ totus mundus adiudicatus est morti temporali, & aliis miseriis huius exilij. Aliud opus iustitiæ fuit diluuium quo totus mundus pro peccato carnis est submersus, exceptis octo animabus. Gen. 7. Iob 24. Quum vix paruam stillam sermonis eius audierimus, quis poterit tonitruũ magnitudinis eius intueri? Tonitruũ intelligas terribilẽ aduentum maiestatis eius, vel sententiam dandam in extremo iudicio. Stillam sermonis, intelligas iustitiam presentem. ¶ **¶** Septimò, facilitas percudi & spiritualiter & corporaliter, quæ est in mundo isto, propter quam in vmbra mortis dicimur esse. Esaiæ 9. Habitantibus in regione vmbre mortis lux orta est eis. Lucæ primo. Visitauit nos oriẽs ex alto: illuminare his qui in tenebris & in vmbra mortis sedent. ¶ **¶** Octauò, Dei omnipotentia, cui nemo potest resistere, & quã nemo potest effugere. In Psal. Quis nouit potestatem iræ tuæ? Esaiæ 47. Vltionem capiam, & non resistet mihi homo. Luc. 12. Illum timere qui postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam. In Psal. Si ascendero in cælum, tu illic es: si descendero in infernum, ades &c. ¶ **¶** Nonò, Dei sapientia lucidè videns omnia, cui nihil potest abscondi. 1. Regum 16. Deus intuetur cor. Boëtius: Magna nobis, si dissimulare nolumus, indicta est probitatis necessitas, quam agamus coram oculis iudicis cuncta cernentis. ¶ **¶** Decimò, zelus diuinæ iustitiæ, qui ex hoc apparet, quòd Deus pater potius voluit vt eius vnigenitus penam quam debebat humanum genus, solueret, quàm ipse eam remitteret. Romanorum 8. Qui proprio filio suo non pepercit. Bernard. super Cantic. Qui non parcat filio, nunquid parcat figmento? nunquid parcat seruo nequam? Lucæ 23. Si in viridi ligno hæc fiunt, in arido, quid fiet? ¶ **¶** Vndecimum, extremum iudiciũ, circa quod multa attendenda

denda
mum
facit p
manus
me, rec
deuora
cie gla
cium. In
Esa. 13.
domini
ri que.
vindicta
Prop e
eodem:
bit eum
Vox die
dies illa
succensa
res impi
prophet
Heb. 10.
cõsumpt
in manu
bant am
quam su
respõdeb
regas me
tonym. S
semper i
gite mor
uo argu
interrog
nem tua
rogant h
statione
mam sua
do habec
tatione S
uo, atted
signa tag
in terris

denda sunt quæ valere possunt ad incussionem timoris. ¶ Pri-
 mum est hoc, quòd scriptura sacra in tot locis comminationes
 facit pertinētes ad hoc iudiciū. Deut. 32. Si arripuerit iudicium
 manus mea, reddam ultionem hostibus meis: & his qui oderūt
 me, retribuā: inebriabo sagittas meas sanguine, & gladius meus
 deuorabit carnes, id est, carnaliter viuentes. Job 19. Fugite à fa-
 cie gladij, quia ultor iniquitatis gladius est, & scitote esse iudi-
 cium. In Psalm. Quum accepero tempus, ego iustitias iudicabo.
 Esa. 13. Ululate, quia propè est dies domini. In eodem: Ecce dies
 domini veniet crudelis, & indignationis plenus, & ira furo-
 risque. Jerem. 46. Dies ille domini Dei, dies ultionis, vt sumat
 vindictam de inimicis. Ezech. 1. Propè est dies occisionis. Ioël 2.
 Propè est dies tenebrarum & caliginis, dies nubis & turbinis. In
 eodem: Magnus dies domini, & terribilis valde, & quis sustine-
 bit eum? Amos 5. Vt desiderantibus diem Domini. Sophon. 1.
 Vox dei domini amara tribulabitur ibi fortis. In eodem: Dies ira
 dies illa, dies tribulationis & angustie. Malac. 4. Ecce dies veniet
 succensa quasi caninus, & erūt omnes superbi, & omnes facien-
 tes impietatem stipula. In eodem: Ecce ego mittā vobis Eliam
 prophētā antequā veniat dies domini magnus & horribilis. ad
 Heb. 10. Terribilis est expectatio iudicij, & ignis æmulatio quæ
 cōsumptura est aduersarios. In eodem: Horrendum est incidere
 in manus Dei viuentis. ¶ Secundum est, sollicitudo quam habe-
 bant amici Dei antiquitus de hoc iudicio. Job 31. Quid faciam
 quum surrexerit ad iudicandum Deus? & quum quæserit, quid
 respōdebo ei? Eiusdem 14. Quis mihi tribuat, vt in inferno pro-
 tēgas me? & abscondas me donec pertranseat furor tuus? Hie-
 ronym. Sive comedam, sive bibam, sive aliquid aliud faciam,
 semper insonare videtur auribus meis illa terribilis tuba, Sur-
 gite mortui, venite ad iudicium. In Psalm. Domine, ne in furore
 tuo arguas me. In vitis patrum dixit abbas Amon cuidam fratri
 interroganti aliquem sermonem: Vade, & fac talem cogitatio-
 nem tuam, qualē faciūt illi qui sunt in carcere. Illi enim inter-
 rogant homines, vbi est iudex, & quādo veniet, & in ipsa expe-
 ctatione pœnarum suarum plorant. Sic & monachus debet ani-
 mam suam obipurgare, dicens: Vt mihi si nō cogitauero, quomo-
 do habeo astare ante tribunal Christi, & actū meorū reddere
 rationē. Si sic semper meditatus fueris, poteris saluus esse. ¶ Ter-
 tio, attendenda sunt signa terribilla præcedentia iudiciū. Quinq;
 signa tēguntur Luc. 21. Erunt signa in Sole, & Luna, & stellis, &
 in terris pressura gentium, præ cōfusione sonitus maris & flu-

ctuum. Duo prima specificantur Ioël. 2. vbi dicitur, Sol conuer-
 teretur in tenebras, & Luna in sanguinem, antequam veniat dies
 domini magnus & horribilis. De tribus simul habetur Apoca. 6.
 Vidi, & ecce terramotus factus est magnus, & Sol factus est ni-
 ger tanquam sacculus cilicinus, & Luna tota facta est sicut sanguis,
 & stellæ cæli ceciderunt super terram, sicut sicus emittit grossos
 suos, quum à vento magno mouetur. De eisdem similiter habetur
 Matth. 24. Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum,
 & stellæ cadent de cælo. De quarto signo quod erit pressura in
 terris, legitur similiter Matt. 24. Erit tunc tribulatio, qualis nun-
 quam fuit ab initio mundi vsque modo, neque fiet. ¶ Quintum
 signum est confusio maris: quam confusionem aliqui aestimant
 fore quòd mare cum fragore magno peribit, secundum illud
 Apoc. 21. Et mare iam non est. Hier. in annalibus libris Hebræorum
 inuenit quindecim signa quindecim dierum ante diem iudicii,
 sed verum cõtinui futuri sint dies illi, an interpolari, non expressit.
 Prima die eriget se mare quadraginta cubitis super altitudinem
 montium, stans in loco suo quasi murus. Secundo, tantum desce-
 det, vt vix videri possit. Tertio, marinæ belluæ apparentes su-
 pra mare dabunt rugitus vsque ad cælum. Quarto, ardebit mare
 & aqua. Quinto, herbæ & arbores dabunt rorem sanguineum.
 Sexto, ruent ædificia. Septimo, petræ adiuicem collidentur.
 Octauo, generalis fiet terramotus. Nono, æquabitur terra. De-
 cimo, exhibunt homines de cauernis, & ibunt velut amætes, & non
 poterunt mutuo loqui. Vndecimo, surgent ossa mortuorum, & sta-
 bunt supra sepulchra. Duodecimo, cadent stellæ. Tertiodeci-
 mo, morientur homines viuentes tunc, vt cum mortuis resurgant.
 Quartodecimo, ardebit cælum & terra, scilicet superficies terræ
 & aëris. Quintodecimo, fiet cælum nouum, & terra noua, & re-
 surgent omnes. ¶ Et possunt assignari sex causæ, quare signa iudicii
 præcedent. Prima, vt magnum malum futurum nuntiarent.
 Grego. in homil. illius Euangelij, Erunt signa in Sole, &c. Quia
 terrores quos cernimus, nisi sequentis iræ præcones dixerint.
 ¶ Item in homilia illius Euangelij, Cum audieritis prælia, &
 tribulatio multis tribulationibus præuenitur, & per crebra
 mala quæ præueniunt indicantur mala perpetua quæ subsequen-
 tur. Et subdit Greg. Multa debent mala præcurrere, vt malum
 leant sine fine nuntiare. Secunda causa est, quam tangit Grego. in
 eadem homil. dicens: Quia in cunctis delinquimus, in cunctis fer-
 rimur. Et subdit: Omnia quæ ad usum vitæ accepimus, ad usum
 conuertimus culpæ: sed cuncta quæ ad usum prauitatis inueni-
 mus, ad
 Beda, d
 nutant
 datur p
 mine
 vt subd
 dista lu
 & ai m
 tibi fac
 Quinta
 fundetur
 dignum
 ris. Chr
 lia plan
 propter
 stitit ut
 nebris i
 Christi
 carne ei
 Zacha. 9
 benefici
 & requi
 pro eis
 ostende
 iterum c
 filium D
 videntes
 lo Chry
 tint cruce
 monia p
 rado, con
 congreg
 eas in va
 super sec
 gentes. a
 moni. Iud
 cium, &c.
 lare. No
 iudicis p
 inu stiti
 iudicabo

mus, ad vsum nobis conuertuntur vltionis. Tertiã causam rãgit Beda, dicẽs: Appropinquante suo termino, elemẽta quasi pauida nutant, & tremunt. Quarta causa est, vt scilicet creaturæ ostendatur paratæ esse ad viciscẽdum creatorẽ de hostibus suis. Imminente guerra solet fieri armorũ ostensio & faciunt principes vt subditi eorum armati cõueniant: sic fiet anrequam Deus vindictã sumat de inimicis suis. Sap. 5. Accipiet armaturã zelus illius & armabit creaturã ad vltionẽ inimicorũ. Eiusdẽ 16. Creatura, tibi factori deseruiẽs exardescet in tormentũ aduersus iniustos. Quinta causa rãgitur super illud Esa. 24. Erubescet Luna, & cõfundetur Sol. Glo. Cernens illos qui eius lumine fruebãtur nihil dignum Dei bonitate fecisse. Sexta est, vt sint incitamenta doloris. Chryso. Patrefamilias moriente domus eius turbatur, familia plangit & nigris se vestimentis induit. Sic humano genere, propter quod facta sunt omnia, circa finem cõstituto, totus destruitur mundus. Cæli ministeria lugent & cãdore deposito tenebris induuntur. ¶ Quarto, attendenda sunt insignia passionis Christi: scilicet crux, clauis, lancea quæ ante iudicem erunt, & in carne eius videbuntur cicatrices, vt videant in quẽ pupugerũt. Zacha. 9 & Apoc. 1. Tunc peccatoribus exprobrabitur magnum beneficium eis exhibitum, scilicet beneficium passionis Christi, & requirit Christus mortem suam ab eis tanquam pretiũ, quod pro eis dedit, cũ seipso ei abstulerint, quos ita carẽ emerat: & ostendetur magna ingratitudo eorũ qui semel crucifixũ pro eis iterum crucifixerũt. Heb. 6. Rursum crucifigentes in semetipsis filium Dei. Vnde multũ confundentur, insignia passionis Christi videntes. Matth. 24. Tunc apparebit signum filij hominis in cælo Chryso. Non erit tunc necessitas accusationis, cũ videant crucem, & ipsum Christum habẽtem in corpore suo testimonia passionis. ¶ Quinto, attendenda est curiæ illius magnitudo, coram qua reprobi cõfundentur. Totus enim mundus erit congregatus ibi. Ioel. 2. Congregabo omnes gentes, & deducam eas in vallem Iosaphat, & disceptabo cum eis. Matth. 15. Sedebit super sedẽ maiestatis suæ, & congregabuntur ante eum omnes gentes. ad Rom. 14. Omnes stabimus ante tribunal Christi. Canon. Iuda: Ecce venit Dominus in sanctis millibus facere iudiciũ, &c. ¶ Sexto, iudicis summa potestas à qua nõ licebit appellare. Non est qui de manu eius possit eruere. Job 10. ¶ Septimo, iudicis perspicacitas, qui in eis quæ modo videtur esse iustitia, iniustitiam agnoscer. In Psal. Cũm accepero tẽpus, ego iustitias iudicabo. Idẽ. Ad districti examẽ iudicis, nec iustitia iusti secura

est, nisi pietate diuina, vt & ipsa iustitia, qua quisq; iustus est, Deo iustifica, nec iustificetur. Iudex ille nō solū magna, sed etiā parua, quæ nunc vilipēduntur, in iudiciū adducet. Ecclē. 11. Cuncta quæ sūt, adducet Deus in iudiciū. Et super illud Iob 31. Nōne ipse cōsiderat vias meas, &c. dicit Glo. Sic Deus vniuscuiusq; vias considerat: sic gressus dinumerat, vt nec minutissimæ cogitationes eius iudicio, nec verba tenuissima quæ apud nos vsu viluerunt, indiscussa remaneant. De cogitationibus dicitur Sap. 6. Item cogitationes vestras scrutabitur. De verbis Matth. 12. De omni verbo otioso quod locuti fuerint homines, reddent rationem in die iudicij. Etiam de tēpore quod hodie multū vilipēditur, ratio exigetur. Ber. Omne tempus tibi impēsū, requiratur qualiter fuerit à te expensum. Idē: Sicut capillus nō perit de capite: ira nec momentū peribit de tempore. Iudex scrutabitur Ierusalem in lucernis. Soph. 1. Nec solum exiget rationem de peccatis propriis, sed quodammodo de alienis. Gen. 4. Vbi est Abel frater tuus? Ezecl. 7. & 33. Sanguinem eius de manu tua requiram. Iudex rationem exiget etiā de bonis quæ ipse homini cōmisit, siue sint bona naturæ, siue fortunæ, siue gratiæ, & de malis quæ ei dimisit. Item exiget rationem de malis operibus quæ homo commisit, & de bonis operibus quæ omisit. ¶ Octauo, iudicij inflexibilitas: quia si beata virgo & omnes angeli, & sancti, & sanctę rogarēt in iudicio pro aliquo qui tūc esset in mortali peccato, iudex nō exaudiret eos. Prou. 6. Zelus & furor viri nō patet in die vindictæ, non acquiescet cuiusquam precibus, nec suscipiet pro redemptione dona plurima. Chrysost. Tunc nec diuinitatibus profunt, nec parentes parentibus intercedunt, nec angeli (sicut solebāt) pro hominibus faciunt verbum, quia natura iudicij non recipit misericordiam. Prou. 11. Non proderunt diuitiæ in die ultionis. ¶ Nono, magnus zelus iudicis. De quo zelus in multis locis loquitur scriptura sacra. Daniel. 7. Thronus eius flammæ ignis. Malach. 3. Quis stabit ad videndum eum? Ipsi enim quasi ignis constans. Sapien. 5. Accipiet armaturam zelus eius. Esa. 30. Ardens furor eius, & grauis ad portādum. Eiusdem 66. Ecce Dominus in igne veniet. Apoc. 6. Dicent montibus & petris: Cadite super nos, & abscondite nos à facie sedentis super thronum, & ab ira agni, secūdam Augustinum mallent reprobi omne tormentum sustinere, quàm faciem iudicis irati videre. ¶ Decimo, causę magnitudo: magnum enim est de quo erit illud iudicium. Illi enim qui obtinebit in illo iudicio, adiudicabitur regnum æternum. Ille verò qui caderet à causa illa, adiudicabitur

cabitur morti æternæ. Matt. 25. Ibunt hi in supplicium æternum,
 iusti autem in vitam æternam. ¶ Undecimò, terribilitas senten-
 tiæ quæ tonitruum dicitur. Iob 26. Quis poterit tonitruum ma-
 gnitudinis eius intueri? Grego. in Moral. Quis eius iram toleret,
 cuius & ipsa nõ potuit mansuetudo tolerari? Augustinus super
 Ioan. Qui ceciderunt ad vnam vocem Christi morituri. Ioan. 18.
 quid facient sub voce iudicaturi? Esaiæ 30. Labia eius impleta
 sunt in lignatione, & lingua eius quasi ignis devorans. Osee 11.
 Quasi leo rugiet. Amos 4. Leo rugiet, quis non timebit? Zacha-
 9. Exibit vt fulgur gladius eius. Apocal. 1. & 19. De ore eius gla-
 dius ex vtraque parte acutus exibat. Gladius acutus ex vtraque
 parte est sententia, qua anima cum corpore damnatur. ¶ Duo-
 decimò, sententiæ irrevocabilitas, Euolat enim emissum irre-
 vocabile verbum iudicis. ¶ Tertiodecimò, multitudo ministro-
 rum ad executionem sententiæ paratissimorum. Matth. 13. In con-
 summatione seculi, mittet Filius hominis angelos suos, & colli-
 gent de regno eius omnia scandala, & eos qui faciunt iniquita-
 tem: & mittent eos in caminum ignis. In eodem: Sic erit in con-
 summatione seculi. exhibentur angeli, & separabunt malos de medio
 iustorum, & mittent eos in caminum ignis. ¶ Quartodecimò,
 angustia reproborum. Gregor. O quam angustæ erunt vndique
 reprobis viæ Superius erit iudex iratus. Subtus horridum chaos
 inferni à dextris peccata acufantia, à sinistris infinita dæmonia
 ad supplicium trahentia, intus conscientia vrens, foris mundus
 ardens, miser peccator sic deprehensus quò effugiet? Latere erit
 impossibile, apparere intolerabile Si queris, quis te accusat? Di-
 co totus mundus: nõ offenso creatore totus mundus perditum ha-
 bet odio. Mundus persequetur cum flamma & igne. In Psal. Sicut
 ignis qui cõburit yluã, & sicut flama cõburēs mōtes: ira perse-
 queris eos in tēpeffate tua. Item: Ignis ante ipsam præcedet, &
 inflamabit in circuitu inimicos eius. Angustia reprobõrum osten-
 ditur Esa. 1. Ingredere in petram, & abscondere in fossa humo à
 facie timoris domini. In eodem: Introibunt in speluncas petra-
 rum, & in voragine terra à facie formidinis domini. Apoc. 9.
 In diebus illis quarent homines mortem, & non inueniēt: & desi-
 derabunt mori, & fugiet mors ab eis. ¶ Quintodecimò, impoten-
 tia reprobõrum qui non poterunt resistere, sicut nec palea resistere
 potest igni, vel aliquis ligatus his qui eum ligauerunt. Matth. 3.
 Paleas comburet igni inextinguibili Eiusdē 13. In tempore
 messis dicam messoribus: Colligite primam zizania: & alligate
 ea in fasciculos ad comburendum. Chrysost. Nec resistendi vi-

rus, nec fugiendi facultas, nec penitentiae locus, nec satisfactio-
nis tempus. Ex angustia omnium rerum nihil remanet nisi la-
ctus. Matth. 24. Tunc plangent omnes tribus terra. ¶ Sextodeci-
mo, defectus auxiliij, quia non audebit nec angelus nec aliquis
sanctus pro aliquo damnato rogare. Christus qui tantum homi-
nes dilexit, quod dedit semetipsum pro eis, ridebit de damna-
tione eorum. Prou. 1. Ego quoque in interitu vestro ridebo. Sancti
etiam qui pro salute hominum morti se exposuerunt, latrabun-
tur, quia videbunt Dei contumeliam vindicari. In Psal. Latabitur
iustus cum viderit vindictam. Nec compatientur sancti mi-
seriae reproborum. Vnde gl. super illud Luc. 16. Inter nos & vos
magnum chaos firmatum est &c. Iustorum animae etsi in natura
sua bonitate misericordiam habent, iam tunc authoris sui iustitiae
coniuncte tanta rectitudine cōstringuntur, vt nulla ad reprobos
compassione moueantur. ¶ Decimo septimo, denudatio peccato-
rum. Eccl. 11. In fine hominis denudatio operum illius. Esa. 47. Re-
uelabitur ignominia tua, videbitur opprobrium tuum. Iere. 10.
Confundentur vehementer, quia non intellexerunt opprobrium
sempiternum, quod nunquam delebitur. Nahum 3. Reuelabo pa-
panda tua in facie tua, & ostendam gentibus nuditatem tuam, &
regnis ignominiam tuam. Matth. 10. Nihil operum quod non re-
uelerit &c. 1. Cor. 4. Veniet Deus, qui & illuminabit abscondita
tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. ¶ Decimo octa-
uo, aduersarij erunt multi, & fortes aduersabuntur peccatoribus,
& angeli, & homines. Job 10. Revelabunt caeli iniquitatem eius,
& terra cōsurgit aduersus eum. Loquitur de impio. Aduersabun-
tur eis non solum daemones, sed etiam ipsi sancti. Sapien. 7. Tunc
stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustia-
uerunt, & qui abstulerunt labores eorum. Maximi aduersarij
erunt peccata quae damnandos tradent. Sapien. 4. Venient in cogi-
tatione peccatorum timidi, & traducet eos ex aduerso iniqui-
tates eorum. ¶ Decimo nono, certitudo reatus. Ad certitudinem
istam faciet hoc, quod ipse iudex erit testis. Ipso enim videtur
peccata sunt commissa. Hier. 29. Ego sum iudex & testis, dicit do-
minus. Malac. 3. Accedat ad vos in iudicio, & ero testis velox ma-
leficis & adulteris & periuris. Item ad certitudinem faciet, quod
ipsi peccatores habebunt literas propria manu scriptas in con-
scientiis suis quae testificabuntur contra eos. Dan. 7. Iudicium so-
dit, & libri aperti sunt. Libri, inquam, conscientiarum. Apocal.
20. Iudicati sunt mortui ex his quae scripta erant in libris, secun-
dum opera eorum. ¶ Vigesimo, virtutum caelestium commotio

Matth.

Matth. 24. Virtutes calorū mouebuntur. Chryso. Si rex terrenus processurus contra aliquem, expeditionem mandat in populo, dignitates omnes mouentur, exercitus excitatur, tota ciuitas feruet: quanto magis rege cælesti exigente iudicare viuos & mortuos, angelicę virtutes commouentur, terribiles ministri terribiliorem dominum præcedentes? Iob 16. Columnæ cali contremiscunt, & pauent ad nutū eius. Interl. Nō timore pœnali, sed admiratione. Hierony. Quid faciet virgula deserti, vbi concutitur cedrus paradisi? Ad hoc iudicium valde districtū perueniendum est in præsentī, vt rationē reddamus corā vicariis Christi. In Ps. Beati qui custodiūt iudicium, & faciūt iusticiam in omni tempore. Hęc computatio frequenter faciēda esset, & strictē frequenter propter labilitatem memorię. Ber. Computatio dilata, multa facit obliuisci. Strictē ne minima prætereantur. Matth. 10. Omnes capilli capitis vestri numerati sunt. Ex hoc quod nō cogitatur hoc iudiciū multa mala proueniūt. in Ps. Inquinata sunt vix illius in omni tēpore. Et subditur causa: Aufertur iudicia tua à facie eius. Prou. 28. Viri iniqui non cogitant iudicium: qui autem requirunt dominum, animaduertunt omnia. Eccl. 18. Ante iudicium interroga teipsum. Cogitandum esset illud iudicium cū aliquid graue pro Deo toleratur. Gre. in homil. Illum diem fratres charissimi, illū ante oculos ponite, & quicquid modo graue cernitur in eius compassione vigetur.

¶ De pœnis inferni.

Duodecimō, valere potest ad incutiēdum timorem consideratio pœnarum futurarum. Circa quas multa attendenda sunt. ¶ Primū est, acerbitas earū. Grauiissima enim pœna quę in hoc mūdo toleratur, minor est etiā pœna purgatorij. Aug. Miro modo licet æternus nō sit, grauis est ignis ille: exupetat enim omnē pœnam quā aliquis in hoc mūdo perpessus est. Secundū est, pœnatū diuersitas, & inueniūtur in Sacra scripturā nouę pœnę. Prima est, ignis. Secūda, vermis. de quibus Esa. vlt. Vermis eorū non morietur, & ignis eorum nō extinguetur. Iudith 16. Dabit eis ignē, & vermes in carnes eorū, vt vrātur & sentiant vsq; in sempiternū. Iob 20. Deorauit eū ignis qui nō succēditur. Nō est ne cesse, quōd ignis ille succēdat, cū nunquā extinguat. Ecc. 7. Vindicta carnis impij, ignis & vermis. Eiusdem 21. Stupa collecta synagoga peccantiū, & cōsummatio eorum flamma ignis. Apocal. 20. Qui nō est inuētus in libro vitę scriptus, missus est in stagnū ignis. Mat. 25. Discedite à me maledicti in ignē eternū. Lucae 16. Crucior in hac flamma, ait diues epulo. ¶ Tercia est,

fœtor quasi sulphuris. In Psal. Ignis, sulphur, & spiritus procel-
 larum pars calicis eorum. Esa. 30. Flatus domini quasi torrens sul-
 phuris succedens eam. Apoc. 21. Pars illorum erit in stagno ar-
 deti. igne & sulphure. ¶ Quarta erit frigus. Mar. 13. Ibi erit frigus
 & stridor dentium. Stridor dentium solet sequi frigus. Iob. 24. Ad mi-
 nimum calorem transierunt ab aquis nivium. ¶ Quinta erit fames.
 Esa. 65. Serui mei comedent, & vos esurietis: erit ibi tanta inopia
 quod nec vna gutta aque habere poterunt, vt patet in diuine epu-
 lone in inferno sepulto. Lucæ 16. & Iob 27. Apprehendet eum quasi
 aqua inopia, vbi dicit gl. Diues in inferno, cogente inopia, vsque
 ad minima petenda perductus est, qui sua tenacitate vsq; ad mi-
 nima neganda pauperibus restrictus est. Itē Gregorius: Guttam
 petiit qui micam negauit. Ibi erit tantus defectus boni, vt mors
 quæ in mundo isto præ cæteris timeretur, ab hominibus desideretur.
 Apoc. 9. Desiderabunt homines mortem, & mors fugiet ab
 eis. Ibi habebit locum illud Eccl. 41. O mors quam bonum est
 iudicium tuum? Vtilius esset homini si tunc se interficere posset,
 quam si posset interficere diabolum: quia diabolo interfecto
 non cessaret cruciari eorum. Ibi erunt septem anni magnæ pen-
 urie obliuisci facientes abundantiam presentis vite. Gene. 41.
 Maxima penuria quæ erit ibi, erit priuatio diuinæ visionis. Gre.
 in Moralib. Fames interficit, quia suam faciem illis redemptor ab-
 scondit. ¶ Sexta poena erit tortorum. De qua Matth. 18. Tradidit
 eum tortoribus, donec redderet omne debitum. ¶ Septima erit
 horror, tam loci, quam demonum. Iob 10. Ibi nullus ordo, sed sem-
 piternus horror inhabitat. Eiusdem 20. Vadent, & veniet super
 eum horribiles. Si tantum horrorem habet homo, quando videt
 in presentia vnum demonem, quæritus horror erit vbi tot horribiles
 apparebunt & magis horribiles, vt videtur, quam appareat in pre-
 senti? Si vnus de ministris carceris infernalis tantum habet horro-
 rem, quid habebit horroris ipse carcer? ¶ Octaua poena & nona,
 erunt tenebræ & vincula. De quibus Matth. 22. Ligatis manibus
 eius, proiicere eum in tenebras exteriores. secundum Grego. in
 Moral. ignis infernalis concremationem habet, sed lumen non
 habet: & non solum erit ibi poenarum varietas, sed earum con-
 trarietas. Grego. Horrendo modo tunc erit miseris dolor cum
 formidine, flamma cum obscuritate, & in eorum interitu ipsa à suis
 qualitatibus tormenta discordant, quia à conditoris volunta-
 te dum viuere discrepabunt. Fit miseris mors sine morte, finis
 sine fine, defectus sine defectu, quia mors semper viuunt: & finis
 semper incipit, & defectus deficere nescit. Mors perimit & ex-
 tinguit,

tinguit, dolor cruciat & pauorem non fugat, flamma combu-
rit, sed tenebras non dilentit, quia enim cum diabolo contra
suum creatorem concordarunt, creaturæ contrariæ conuenient
ad eorū pœnas. Item Greg. Sempiternus horror inhabitat; quia
eius ignibus traditi, in supplicis dolorem sentiunt, & in doloris
angustia pulsati, semper pauore feriuntur, vt & quod timent
tolerent, & rursus quod tolerant sine cessatione pertime-
scant. ¶ Tertium, attendendum circa pœnas est eorū diuturnitas.
Matthæi 15. Ite maledicti in ignem æternum. Diuturnitas
pœnæ multum affliget reprobos. Satis facile est iacere in vno le-
cto suauis & mundo: & tamen si alicui posito in tali lecto dicere-
tur, iace, & quiesce, quia oportebit te ibi iacere X X. annis: ipse
responderet: Potius vellem esse mortuus. Quid ergo erit de illo
qui erit in igne ardenti, & sciet se mansurum ibi non tantum
per X X. annos, vel centum vel mille, sed per infinita secula se-
culorum? In hac meditatione dicitur fuisse conuersus Falco, qui
postea fuit episcopus Tholosanus. Esaiæ 33. Quis poterit habita-
re cum ardoribus sempiternis? Job 20. Luet qui fecit omnia, nec
tamen consumetur. glos. Vt sine fine crucietur, vivere sine fine
compellitur. Interl. Cuius vita mortua fuit in culpa, eius mors
vivet in pœna. August. 19. lib. de Ciuit. Dei. Ibi dolor permanet
vt affligat, & natura perdurat: vt sentiat: quia vtrunque non de-
ficit, nec pœna deficiet. ¶ Quartum est, pœnæ vniuersalitas. Vni-
uersæ enim partes hominis post diem iudicij erunt in igne. Cum
aliquis non posset sustinere ignem in minima parte digiti per
vnam horā, quārus erit dolor quādo totus homo erit in igne æ-
ternaliter? Aug. 13. lib. de Ciuit. Dei. Nūquam erit homini peius
in morte, quā vbi erit mors sine morte. Hierony. Tanta in in-
ferno erit vis doloris, quod mēs ad aliud dirigi non poterit, nisi
ad id quod vis doloris impellit. Signum huius doloris est, quod
dominus toties in euāgelio dicit. Ibi erit fletus, & stridor dēriū.
Matthæi 13. & 22. & 25. Si singulis diebus in quibus erunt dāna-
tia in inferno, fletēt vnicam lachrymam materialem, plus exiret
ararū processu temporis ab vno damnato, quā omnia vasa hu-
ilis mundi caperent. Quod patet ex hoc, quod omnia vasa hu-
ilis mundi finita sunt & numero. & magnitudine, infinitis verō
diebus erunt reprobi in inferno. ¶ Quintum est, consolationis
defectus. Bern. Quid erit cum se viderit illa miseranda cōditio
omni consolatione nudatam in illas tenebras exteriores excursi,
& ab illa beatorū ecclesia perpetua excommunicatione excludi?
¶ Sextum est, pœnarum infernalium inutilitas. Præsens pœna est

breuis, & leuis, & fructuosa: sed futura est longa, & grauis, & infructuosa: quia si aliquis fieret in inferno tantum lachrymarum quantum est aquæ in toto mundo, non sufficeret ad ablutionem peccati vnus mortalis. Plus virtutis haberet hic lacryma, quam omnes illæ. August. de Fide, ad Petrum: In inferno et si erit stimulus pœnitendinis, nulla erit ibi correctio volûntatis, à quibus ita culpatur iniquitas sua, vt nullatenus possit ab eis vel diligi vel desiderari iustitia. ¶ Præter prædicta notadû quod malis dolere veniet ex diuersis causis. Primò, ex bonorum tēporalium amissione. In Psal. Quum interierit, non sumet omnia, neq; descendet cum eo gloria eius. Secundò, ex hoc quod tempus mercedi transit. Ierem. 8. Transit æstas, finita est messis, & nos saluari non sumus. Tertio, ex amissione æternæ gloriæ. in Psalm. Pones eos vt clibanum ignis in tempore vultus tui, id est, dum sancti vultum vel faciem tuâ videbunt. Chrysostomus: Omnes gehæ superat cruciatus, carere bonis quibus in potestate habueris perfrui. Quartò, ex praua societate. Socios enim habebunt dæmones horribiles, & homines igne infernali exustos. Esa. 13. Vnusquisque ad proximû suum stupebit, facies combustæ vultus eorum. Nahû 2. Facies omnes sicut nigredo ollæ. Ioël. 2. Omnes vultus ei⁹ redigetur in ollâ. Quintò, ex loci qualitate, qui erit tenebrosus & fumosus, q̄ valde graue erit diuitib⁹ q̄ in presenti domo volebāt habere sine fumo. Esa. 65. Isti fumi erunt in furore meo.

De dono Pietatis.

PARS IIII.

Donû Pietatis ascendendo est post donû Timoris. Augu. in quodâ sermone de Timore: Esaias sapientiæ adiuuaxit intellectu: tanquã querentibus, vnde ad sapientiã veniretur? Responderet, Ab intellectu. Vnde ad intellectû? A cõsilio. Vnde ad cõsiliû? A fortitudine. Vnde ad fortitudinẽ? A sciẽtia. Vnde ad sciẽtiam? A pietate. Vnde ad pietatem? A timore. Grego. super illud Iob 1. Ibāt filij eius, &c. videtur velle, quod pietas prout est vnde de septem donis, pro misericordia sumatur. Dicit enim, Pietas opera misericordiæ docet. Et paulo post dicitur in eadem gloria. Pietas sine sciẽtiæ discretione quomodo misereatur, ignota. Glo. verò super 5. Matt. videtur velle, quod Pietas sumatur pro cultu Dei, seu pro veneratione rerum sacrarum. Dicit enim: Scũda est pietas, quæ conuenit mitibus: qui enim piẽ querit, honorat sancta. Et idem videtur Augu. cum Greg. sensisse: quia secundũ Aug. pietas hominẽ iugo Dei subiicit, tanquã animal mansuetũ. Sicut timor iugũ diaboli abiicit, si pietas Deũ coli vel honorari facit. Et adaptatur donũ timoris humilitati seu paupertati.

rati spiritus, quæ laqueos diaboli euadit: pietas verò māsuetudini. vnde dicit Aug. In timore cor contritum & humiliatum sacrificatur Deo. Vnde ascenditur ad pietatem vt nō resistatur voluntati eius vt dicatur. Nō quod ego volo, sed quod tu. In timore Dei. Beati pauperes spiritu. In pietate verò, Beati mansueti. Et secundum veteratē misericordia & veneratio sanctorum cōcomitantur se. Misericors enim Deum veneratur in paupere: immisericors verò Deū in paupere despicit. Pro. 14. Qui calūniatur egētem, exprobrat factori suo: honorat autē eum, qui miseretur pauperis. Honorātur etiā angeli in pauperibus, quum pauperes honorātur propter angelos eis ad custodiā deputatos, & contēnūtur angeli in contēptu pauperū. Mat. 18. Videte ne contēnatis vnum ex his pusillis. Dico enim vobis, quia angeli eorum in cælis semper vidēt faciem Patris mei, qui in cælis est. ¶ Et notandū, quod aliquibus videtur pietas prout est donū, differre à misericordia in hoc, q̄ pietas respicit spirituale necessitatem, misericordia verò respicit corporale necessitatem. Occasiones verò sic distinguendæ sunt, ex eo, quod dicit gl. super illud 1. Tim. 4. Pietas ad omnia utilis. Omnis summa disciplinæ Christianæ cōsistit in pietate & misericordia. Connumerātur enim ibi misericordia & pietas tanquam diuersa. Aliquibus etiam videtur quod pietas releuādo miseriam proximi procedat ex principiis fidei, misericordia verò procedat ex principiis iuris naturalis. Misericordia dat pauperi eleemosynam, quia frater noster est naturalis eiusdem speciei nobiscū: pietas verò dat eleemosynā, quia filius Dei est, vel mēbrū corporis Christi: vel quia Christus reputat sibi fieri quod sit pauperibus. De misericordia & veneracione sacrarū rerū & creatoris & creaturarū, habitū est in tractatu de Iustitia: idē de dono pietatis breuiter hic pertrāsim.

De dono Scientiæ.

PARS V.

Scientia, prout donum est, sic videtur posse describi: Scientia est humanarum rerū cognitio, saluberrime fidei deseruiens. Et sumitur hæc descriptio ex verbis Aug. 14. li. de Trinitate: Philosophi, inquit, disputātes de sapientia, diffinierunt eam, dicentes: Sapientia est rerum humanarum diuinarumq; scientia. Ego quoque vtrarumq; cognitionē, id est diuinarū & humanarum, & sapientiā & scientiam dici posse non nego, verum iuxta distinctionem Apost. 1. ad Cor. 12. Alij datur sermo sapientiæ, alij autē sermo sciētæ. Illa diffinitio diuidenda est, vt rerum diuinarū cognitio propriē sapientia nuncupetur: humanarum verò cognitio, propriē scientiæ nomen obtineat. Nunc quicquid sciri

ab homine potest in rebus humanis, vbi plurimum superuacua
vanitatis & noxiæ curiositatis est. huic sciētiæ tribuo: sed illud
tātum quo fides saluberrima quæ ad verā beatitudinem ducit,
gignitur, nutritur, roboratur, defenditur. Potest etiam sic descri-
bi: Sciētia est lumen hominem dirigēs in actione vel vsu tem-
poralium. Aug. super 1. ad Cor. 12. Sapiētia est in cōtemplatio-
ne æternorum, sciētia est in actione temporalium. Item Aug.
Distat ab æternorum cōtemplatione actio, qua bene vtuntur
temporalibus rebus: & illa sapiētiæ, hæc sciētiæ deputatur.
Item Aug. in lib. de Trinitate: Hæc est, inquit, sapiētiæ & sciē-
tiæ recta distinctio, vt ad sapiētiā pertineat æternarum rerum
cognitio intellectualis: ad sciētiā verò temporalium rerum,
cognitio rationalis. Aliquibus tamē videtur quod sciētia prout
donum est, dicatur cognitio boni & mali. Vnde secundum eos
ad donum sciētiæ pertinet discernere quæ sint vera bona & ve-
ra mala, & quæ sint vmbra verorum bonorum & malorum. Item
ad donum sciētiæ pertinet discernere inter maiora bona & mi-
nora, & maiora mala & minora. Aug. in sermone de Timore &
pietate: Merebuntur sciētiæ gradum, vt nouerint mala de quibus
fleuerūt, scilicet, mala culpa: & in quo malo sint huius pere-
grinationis & mortalitatis. etiam quum felicitas secularis arti-
det. Item Aug. in lib. de doctrina Christiana, loquēs de hac sciē-
tia, dicit quod facit hominem interius lamentantem, non exte-
rius se iactantem. Eccl. 1. Qui addit sciētiā, addit & laborem.
Et super illud: Beati qui lugent. Matt. 5. dicit gl. 1. ij sciētiæ spi-
ritu illustratur, vt sciant quibus malis inuoluantur. ¶ Et nota-
dum, quod mala in quibus sumus in hoc exilio, quæ ad donum
sciētiæ pertinet, quædam sunt ex parte animæ, quædam ex par-
te corporis, quædam ex parte proximorum, quædam ex parte da-
monum, quædam ex parte rerum corporalium subiectarum. Ex
parte animæ sumus quantum ad vim rationabilem in Ægypto te-
nebrarum, vbi multis plagis percutimur, sicut Ægyptus multis
plagis percussa est. Quantum vero ad vim cōcupiscibilem, sumus
quasi in mari rubro, vbi varij fluctus cōcupiscenciarum sibi inuicem
succedunt, vbi etiā sceler & falsedo carnalis voluptatis est.
Voluptas carnalis est velut aqua falsa. sitim prouocans, non se-
dans. Io. 3. Qui biberit ex hac aqua, sitiet iterum. Quæcumque verò
ad vim irascibilem, sumus in deserto, vbi serpentes ignis sunt,
scilicet mortis ira. In deserto isto aquæ dulces nō inueniuntur.
Et sicut filij Israël Ægyptum reliquerunt, & mare rubrum, &
desertum transierunt antequam ad terrā promissionis perueni-
rent.

rent: Gi
luptates
tranqui
ris in m
ipſi spi
Item est
iugiter p
Tecta p
tur. Item
torura
indomit
amicus
bulation
riam. Item
necessita
ſſario n
piens: N
inimicu
Ipsi enim
alterum
quos ner
loſophu
Periculo
Lupus ſe
ore, quā
animæ. M
ſermalen
quitaris.
noſtræ i
inſtabile
venit in
Derrabe
facile di
coim ho
quo ad v
ſolo vi ſ
gloriæ &
monū, t
num. Ibi
demonu
Laquet

rent: sic tenebras ignorantia oportet relinquere, & carnales voluptates contemnere, & ferocitatem deponere antequam ad tranquillitatem conscientia peringamus. Ex parte vero corporis in multis malis sumus. Corpus enim est velut grauis sarcina ipsi spiritui. Sap. 10. Corpus quod corrumpitur aggrauat animam. Item est velut domus ruinosa & perstillans. Prouerb. 19. Tecta iugiter perstillantia, litigiosa mulier, caro scilicet. Eiusdem 27. Tecta perstillantia in die frigoris, & litigiosa mulier comparantur. Item est vt seruus maleuolus. Ecclesiast. 33. Seruo maleuolus tortura & compedes. Et est vt equus indomitus, Eccl. 30. Equus indomitus euadet durus. Et est vt falsus amicus. Eccl. 6. Est amicus secundum tempus suum, & non permanebit in die tribulationis. In eodem: Est amicus qui conuertitur ad inimicitiam. Item: Est amicus socius mentis, & non permanebit in die necessitatis. Item corpus est malus consiliarius. Eccl. 37. A consiliario malo serua animam tuam. Et est hostis domesticus. Sapiens: Nulla pestis efficacior est ad nocendum, quam familiaris inimicus. Ex parte etiam proximorum sumus in multis malis. Ipsi enim impellunt nos ad mortem. Sen. in epist. Inuitum alter alterum tradimus, quomodo autem reuocari ad salutem possunt quos nemo retinet, populus impellit. Interrogatus quidam philosophus, quid esset inimicissimum homini: respondit, Alter homo. Periculosius est homini venire inter homines, quam inter lupos. Lupus solo ore nocet: homo vero non solo ore, nec etiam minus ore, quam lupus nocet. Lupus nocet corpori: homo vero nocet animam. Multi homines sunt velut serpentes igniuomi, ignem infernalem spirantes. Iac. 3. Lingua nostra ignis est vniuersitas iniquitatis. Et paulo post dicitur, quod inflammat rotam natiuitatis nostrae inflammata a gehenna: id est, inflammat vitam nostram instabilem a suggestionem diaboli inflammata. Quum aliquis venit inter homines, periculosum est ei & audire & audiri. Ber. Detrahente, vel detrahente audire, quod horum danabilius, non facile dixerim. Item periculosum est & videre & videri: oculi enim hominum quasi vim fascinandi haberent. bona multorum quo ad valorem sepe ad nihilant. Ipsi etiam ad modum basilisci, solo visu multos interficiunt: illos scilicet qui sunt cupidi vanae gloriae & vanae laudis. De malis in quibus sumus respectu demonum, require in tractatu de Patientia, ea de Sufferentia terationum. Ibi enim dictum est de deceptionibus & impugnationibus demonum. ¶ Ex parte rerum inferiorum in multis malis sumus. Laquei enim sunt nobis res illae. Vnde verè possumus dicere, quod

quòd laqueos comedimus, bibimus, & vestimus. Cibo enim & potu & vestibus multis multi à Diabolo capiuntur. Sap. 14. Creatura Dei in odiù facta sunt, & in tentationem animæ hominù, & in mulcipulam pedibus insipientium. Item ad donù scientiæ pertinet cognoscere infirmitatē peccati originalis. Cui infirmitati attestatur corruptio palatū interioris, quæ facit ut mala homini sapiant & bona desipiāt. Sicut enim mala dispositio palatū corporis indicat infirmitatē corporalē sic mala dispositio palatū interioris infirmitatē spirituale. Infirmitas originalis velut praest, propter quā aliquis deicitur extra castra electorū, quasi indignus eorum consortio. Vnde qui decedunt nō baptizati, nō admittuntur in ignem purgatorij. Item ad donum scientiæ pertinet cognoscere varias infirmitates spirituales similes infirmitatibus corporalibus, quæ in hominibus inveniuntur. In aliquibus febris spiritualis est, ut in illis qui ardore luxuriæ vexantur. Quæ febris figurata est Io. 4. in febre filij reguli, qui infirmabatur Capharnaū: in villa scilicet pinguedinis. Aliqui paralytici laborāt spirituali, quorū sanatio figurata est in curatione paralytici. Matth. 9. Aliqui melancholia laborāt, qui semper lugubres sunt, habentes seculi tristitiam quæ mortē operatur. 1. ad Cor. 7. Aliqui sunt velut phrenetici, gaudentes quādo esset flendū. Aliqui spirituali hydropis laborāt, in quibus sitis cupiditatis sedari nō potest, quorū figurā tenet hydropicus, quem dominus sanavit. Luc. 14. Aliqui ad eò incurvati sunt ad bona temporalia, quòd cor suū ad caelestia erigere nō possunt. Quorū infirmitas figurata est in infirmitate mulieris, quæ erat inclinata, nec omnino poterat sursum respicere, quam dominus sanavit. Luc. 13. Aliqui ad modū insanorū se reges aut principes esse credunt, & mirabiliter gaudēt, quia habēt insignia dignitatis vel honoris: quum secundum veritatem contemptibiles sunt, & indigni etiā cibo quo vescuntur. Aliqui ad modum maniacorū trepidāt, ubi trepidandum nō esset. Iob 15. Sonitus terroris in auribus eius: & cum sit pax, ille semper insidias suspicatur. Item ad donù scientiæ pertinet discernere inter vitam veram & non veram, & inter veram mortem & nō veram. Vera mors, est mors gehennæ: & causa eius, scilicet peccatum. Aug. Vera mors est quam homines non timent, separatio animæ à Deo. Vera vita est continuatio animæ cum Deo, vel per gratiam, vel per gloriam. Item ad donum scientiæ pertinet agnoscere breuitatem presentis vite. Iacob. 4. Quid est vita nostra? Vapor est ad modicum patens, & deinceps exterminabitur. Iob 7. Memento quia ventus est vita mea.

mea. Item ad scientiam pertinet agnoscere amaritudinem presentis vitæ. Iob 14. Homo natus de muliere breui viuentis tempore repletur multis miseriis. Eccl. 30. Melior est mors, quam vita amara. Item pericula huius vitæ. Iob 7. Militia est vita hominis super terram. Alia litera habet, tentatio. Scientiæ etiam attribuitur abstinere à malis, & liberari à malis, Iob 17. Secundum aliam literam. Abstinere à malis est scientia. Prou. 11. Iusti autem liberabuntur scientia. Item ad donum scientiæ pertinet discretio maiorum honorum & minorum. Discretio multis deest, qui habentes zelum Dei non secundum scientiam, minima bona magno amore amplectuntur, maxima negligentes. Donum scientiæ ostendit spiritualem compassionem præferendam esse corporali, & prius occurrendum molestiis & damnis spiritualibus, quam corporalibus: prius pascendas esse animas & vestiendas, quam corpora; & prius ædificandum templum Dei viuum lapidibus viuus, quam templum forinsecum de lapidibus non viuus, & amplius studendum esse decori templi spiritualis quam materialis. Minima tamen bona non esse negligenda. Matt. 23. Hæc oportuit facere, & illa non omittere. Item ad donum scientiæ pertinet agnoscere deceptiones quas bona presentia faciunt amatoribus suis. Credunt enim veram suauitatem esse in eis, cum contrario eos pungant. Vnde dominus vocat eas spinas. Mat. 23. Item credunt veram abundantiam seu sufficientiam esse ex eis, cum contrario eos potius exinaniant. Lucæ 1. Diuites dimisit manos. Item credunt honorem & gloriam ex eis habere, cum contrario eos in seruitutem vilem redigant. Vnde in Psal. vocantur viri diuitiarum, qui nihil inueniunt in manibus suis. Vnde sequitur, Imagines eorum ad nihilum rediges. De distinctione scientiæ à fide, prudentia, consilio, & intellectu, require in tractatu de Fide, cap. de commendatione fidei. Item in tractatu de Prudentia, vbi agit de speciebus Prudentiæ.

De dono Fortitudinis.

PARS VI.

Post donum scientiæ tangendum est de dono fortitudinis, vnde Aug. postquam locutus est de scientia quæ facit homines lucentes, subdit: Inde assurgunt ad fortitudinem, vt mundus eis crucigatur & ipsi mundo. Gal. 6. & toleretur fames sitisque iustitiæ. Postquam aliquis abiecit iugum diaboli per timorem humilitatem, & maluerit portare suauem iugum Christi per pietatem, & agnosces mala huius exilij, iustum gaudium prælegit, ipse est crucifixus sue mortui mundo, & mundus mortuus ei. Ipse nec bona mundi concupiscit, nec mala primescit. Iustitiæ viuere vult, cæ esurit & sitit, & ad cæ

fortis

fortis est. De fortitudine dicit glo. Greg. super illud Iob 1. Faciebant cōiunia per domos. & c. Fortitudo in die suo pascit, dū confidentiā cōtra aduersa trepidanti dat. Idē in ead. gl. Vile est consiliū sine fortitudine, quia quod tractādo inuenit, sine virib' ad actum nō perducit. Item super illud Iob 1. Cōsurgēsq; diluculo offerebat, & c. dicit glo. Offert per singulos, dū pro vnaquaq; virtute Deo preces immolat, ne sapientia eleuet, ne intellectus erret, ne consiliū dum se multiplicat confundat, ne fortitudo per fiduciā præcipiter, ne scientia inestet, ne pietas extra restra verat, ne timor plus iusto trepidās desperet. Dicunt aliqui Fortitudinem prout donum est, in hoc differre à fortitudine cardinali virtute, quòd fortitudo virtus cardinalis est circa arduū naturæ simpliciter. Fortitudo verò donum est circa arduū naturæ etiam adiuta à gratia: vt est, Relinquere omnia, & similia, quæ propter sui difficultatem vel arduitatem non sunt in præcepto. De fortitudine, require in tractatu de virtutibus cardinalibus.

De dono consilij.

P A R S V I I.

Post donum fortitudinis, dicendū est de dono consilij. Vnde Aug. postquā locutus est de fortitudine, subdit: Veruntanē si quæ delicta minutatim fortimque subrepunt, deesse cōsiliū non debet. Neq; enim tātum potest fortitudinis gradus, vt qui cum astutissimo aduersario cōtinua certatione configit, nō aliquando feriatur, maximè per tētationes linguæ. Quod est ergo consiliū, nisi, Dimittite, & dimitteretur vobis: Lu. 6. Et ideo quanta beatitudo est, Beati misericordes. Idē in lib. de fide ad Petrus. Firmissimè tene, etiā iustos & sanctos homines, exceptis illis qui paruuli baptizati sunt, sine peccato hic neminē viuere posse, sicut pētque omni hominē esse necessariū & peccata sua vsque in finē vitæ presentis elemosynis diluere, & remissionē à Deo humiliter & veraciter postulare. De dono cōsiliij dicit Gre. super 1. Iob. Consiliū in die suo pascit, dū ratione animū implet, prohibēs eadē præcipit. Idē in eadē gl. Fortitudo quæ plus potest sine moderate rationis, præceptis ruit: vt patet in eo qui vouet q; post pax difficultate nō implet. Prou. 20. Ruina est homini deuotare sanctos, & post vota retrahere. Et notandū q; nomē consilij quædoque largè, quandoq; stricte sumitur. Prout largè sumitur cōsiliū est examinata seu excogitata ratio alicuius faciēdi vel nō faciēdi. Rationē hic intelligas opus rationis, scilicet respōsionem rationabilē certificantē eū qui petit cōsiliū. Stricte vero sumptū dicitur consiliū, Dei voluntas, ad quā non constringimur impotē propter eius arduitatē vel difficultatem, sed est in potestate nostra

nostra vt impleamus illud, vel non impleamus. Bern. ad fratres de mōre Dei, Non est vestū lāguere circa communia p̄cepta, nec atredere quid Deus p̄cipiat, sed quid velit, probantes que sit Dei volūtas, beneplacens & perfecta. De hoc cōsilio intelligitur verbū Aug. dicentis: Si cōsilio vti volueris, minus boni adipisceris, nō mali aliquid perpetrabis. Cōsiliū sic sumptum, illu minatio diuina est. Sen. in episto. Bonus vir sine Deo nemo est. Nō potest aliquis supra fortunam, nisi ab illo adiutus exurgere. Ille dat magnifica cōsilia & recta. Talia fuerunt quæ attulit in mundū istū sapiētia Dei patris. Esa. 9. Vocabitur nomē eius, admirabilis, cōsiliarius. Ista sunt cōsilia pacis quæ attulit rex pacificus. De quibus Pro. 12. Qui ineunt pacis cōsilia, sequitur eos gaudiū. Vnde cōsiliū pacis est abrenuntiatio diuitiarum. Sene. Quicquid viuere homines, si hæc duo verba tolleretur, meū & tuum. Hoc cōsiliū habetur Matt. 19. Si vis perfectus esse, vende, & vende omnia quæ habes &c. Aliud cōsiliū pacis est de continentia. De quo cōsilio Matt. 19. discipulis dicētibz, Si ita est causa hominis cū vxore, non expedit habere. Dicit Christus, Nō omnes capiūt verbum istud, sed quibus datū est. Et subdit: Qui potest capere, capiat. Qui intendit deliciis carnis, nō habet pacem, quum caro sit mulier litigiosa. Pro. 19. & 27. Aliud cōsiliū pacis, est cōsiliū de patientia. Sine patientia non habetur vera pax, patiētia cedendo persecutori pacem sibi seruat. Sicut dicitur vulgariter, Non qui percutit, sed qui repercutit bellum facit. Nō potest esse bellum si vnus iniuriam ab alio sibi illatam patienter portat. Aliud cōsiliū pacis est cōsiliū de humilitate. Humilitas est virtus Christi, in qua pax fit. In Psal. Fiat pax in virtute tua. Humilitas cum his qui oderunt pacem, est pacifica: scilicet cum superbis. Ipsa nulli molesta est, nullum commouit vel angustat. Ipsa est velut quoddam inane & vacuū spirituale, vbi sine contradictione superbus se dilatat. Ipsa timori alieno non obstitit: sed sicut corpora concava intra concavitatem suam corpora tumida recipiunt: sic humilitas molestiam superbo illatam infra sinum profunditatis sue recipit. ¶ Et notandum quod cōsiliū Christi à multis despicitur. Luc. 7. Pharisæi & legisperiti cōsiliū Dei spreuerunt in semetipsis. In Psal. Non sustinuerunt cōsiliū. ¶ Item notandum quod cōsiliū sicut & prudentia de faciendis est. Et est cōsiliū de his quæ sunt ad finem. Damascenus: Ad finem est quod cōsiliabile est. De differentia verò consilij & prudentiæ require in tracta. de Prudentia, vbi agitur de speciebus prudentiæ. Item notandum quod cōsiliū

Q

liū quatuor attrēdit, expediens, facile, certum, tutum, & cōtraria
 his, scilicet damnosum, difficile, incertū & periculosum: qui con-
 silium dat aliis paribus, expediēs debet praepone re damoso, fa-
 cile difficili, certum incerto, tutum periculoso. ¶ Itē notandum
 q̄ quidam dicunt, ad donū cōsiliij pertinere an sit operandum: ad
 prudentiā verò, qualiter sit operandum. ¶ Itē notādum quòd in
 quibusdam inuenitur aliquid simile dono cōsiliij per experien-
 tiam multam. Eccle. 34. Vir in multis expertus, cogitabit multa.
 Item: Qui nō est expertus, pauca recognoscit. Sed illa experien-
 tia non est verè donum cōsiliij. Consilium enim lumen est ce-
 leste, excellentius quàm lumen prudentiæ, cū ipsam prudentiam
 rectificet. Per donum enim cōsiliij declinat prudentia, ne eam
 pœniteat. Eccle. 32. Fili, sine cōsilio nihil facias, & post factum
 non pœnitebis. ¶ Item notandum quòd circa cōsiliū sunt quin-
 que commēdabilia. ¶ Primum est, gratia cōsiliium requirēdi,
 quæ est in eo qui nō est præceps ad operandum. Prover. 19. Qui
 festinus est pedibus offendet. ¶ Secundum est, gratia cōsilia-
 rium eligendi. ¶ Tertium, gratia dandi cōsiliium. ¶ Quartum,
 gratia examinandi cōsiliium. ¶ Quintum est, gratia acquiescen-
 di cōsilio. De primo legitur Tob. 4. Cōsiliium semper à sapiente
 require. Prover. 11. Vbi nō est gubernator, corrumpit populus: salus
 autem, vbi multa cōsilia. Simile eiusdem. 24. Erit salus vbi mul-
 ta cōsilia sunt. Eiusdem 13. Astutus omnia agit cum cōsilio: qui
 autem fatuus est, aperiet stultitiam. Item 15. Dissipantur cogita-
 tiones vbi non est cōsiliium: vbi verò plures cōsiliarij, cōfir-
 mantur. Eiusdem 20. Cogitationes cōsiliis roborantur, & gu-
 bernaculis tractanda sunt bella. Cogitationes hic intelligas pro-
 posita quæ cōcipiuntur, quæ cōsiliis perficiuntur. Tullius in Rhe-
 toric. Parua foris sunt arma, nisi sit cōsiliium domi. 1. Mach. 5. In
 illa die ceciderūt sacerdotes in bello, dum volunt fortiter face-
 re, dum sine cōsilio exeunt in prælium. Eccle. 30. Fili, sine con-
 silio nihil facias &c. Eiusdem 37. Ante omnem actum præcedat
 cōsiliium stabile. Prover. 4. Palpebra tuæ præcedāt gressus tuos.
 ¶ Ad eligendum cōsiliarium monemur, Eccle. 6. Multi pacifici
 sint tibi, & cōsiliarius sit tibi vnus de mille. Pro cōsiliario an-
 te omnes eligendus est Deus. Tob. 4. Omnia cōsilia tua in
 ipso permaneant. Iaco. 1. Si quis sapiētia indiget, postulet à Deo.
 Eccle. 39. In oratione confitebitur domino, & ipse diriget con-
 siliium eius. Eiusdem 37. In omnibus his deprecare Altissimum,
 vt dirigat in veritate viam tuam. Deinde recurrendum est pro
 cōsilio ad viros bonos. Eccl. 38. Cor boni cōsiliij statue tecum.
 Er

Et sub
 septem
 Matth.
 lasti ea
 consili
 tuam. P
 consiliu
 Eiusdem
 runt di
 rum lon
 ma me
 Eccle. 8
 pariet. N
 gorio q
 git, ne v
 clef. 37.
 vxoris t
 rem, vel
 Jerem. 1
 fratre su
 co, & ne
 stodi cla
 quòd in
 Laban s
 recessit
 die. 19 q
 tribus d
 oppressa
 17. A zel
 inuident
 dum à i
 filio iuu
 speciosa
 Gratia e
 ce Simon
 semper.
 alios reg
 byteris e
 liam cō
 consilia
 bi Item

Et subditur: Anima viri sancti annuntiat aliquando vera, quam septem circumspectores sedentes in excelsis ad speculandum. Matth. 11. Abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Esa. 19. Sapientes consiliarij Pharaonis dederunt consilium insipiens. Eccles. 37. A consiliario malo serua animam tuam. Prouerb. 12. Consilia impiorum fraudulenta. Sed facienti consilium nequissimum, super eum deuoluetur. Ecclesiast. 27. Eiusdem 8. Cum fatuis non habeas consilium: non enim poterunt diligere, nisi ea quæ eis placent. Iob 31. Consilium impiorum longe sit à me. Gen. 49. In consilium eorum non veniat anima mea. In Psal. Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum. Eccles. 8. Coram extraneo ne facias consilium: nescis enim quid pariet. Non est etiam habendum consilium cum homine de negotio quod eum tãgit, vel de eo quod nimis odit, vel nimis diligit, ne vel fallatur, vel fallere velit. De hac materia habetur Eccles. 37. Noli, inquit, consiliari cum socero tuo, vel cum patre vxoris tuæ. Ad literam, de aliquo, quod videtur esse contra vxorem, vel cum amicis carnalibus, de his quæ sunt contra carnem. Jerem. 19. Vnusquisque à proximo suo se custodiat, & in omni fratre suo non habeat fiduciam. Michæ 7. Noli credere amico, & noli confidere in duce. Ab ea quæ dormit in sinu tuo, custodi claustra oris tui. Bernard. Amicos consulat quæ non legit, quod inimici hominis domestici eius. Gene. 31. Iacob ignorante Laban socero suo, cum filiis & vxoribus atque pecoribus suis recessit de Mesopotamia in terram Chanaan. Legitur etiam Iudic. 19. quod Leuita quidam qui credidit socero suo, vt cum eorum diebus maneret, in via amisit vxorem suam à Gabaonitis oppressam, vnde postea strages populi magna secuta est. Eccles. 37. A zelantibus te abscondi consilium. Zelantes intelligas, vel invidentes, vel nimis amantes. Item non est consilium querendum à iuuenibus. Roboam regnum pro magna parte amisit consilio iuuenum acquiescens, consilio senû relicto. Eccle. 25. Quàm speciosa veteranis sapientia & gloriosus intellectus, & consiliû. Gratia etiam dandi consilium commendabilis est. 1. Mach. 2. Ecce Simon frater vester, scio quia vir consilij est, ipsum audite semper. Præcipuè commendabilis est gratia in his qui habent alios regere. Eccle. 25. Quàm speciosum canitici iudiciû, & presbyteris cognoscere consilium. Gratia etiam examinandi consilium cõmendabilis est. Sen. Prudentis proprium est examinare consilia multorum, & non citò facili credulitate ad falsa prolabi. Item commendabilis est etiam gratia acquiescendi consilio.

Prouerb. 12. Via stulti recta in oculis eius, qui autem sapiens est, audit consilium. Eiusdem 13. Qui agunt omnia cum consilio, reguntur sapientia. Moyses acquieuit consilio Iethro, licet minor esset. Exod. 18. Non sic ille adolescens, qui audito verbo domini, Si vis perfectus esse &c. abiit tristis. Erat enim habens multas possessiones. Matth. 19.

De præ eminentia vitæ contemplatiuæ respectu actiuæ. PARS VIII.

DICTO de donis pertinentibus ad vitam actiuam, dicendum est de donis pertinentibus ad vitam contemplatiuam. In hac vero parte, Primò tangetur de præ eminentia vitæ contemplatiuæ ad actiuam. Secundò, distinguetur contemplatio à meditatione seu consideratione simplici & cogitatione: & tangetur de speciebus considerationis & contemplationis. Tertio, agetur de dono intellectus. Quarto de dono sapientiæ. ¶ Circa primum notandum quòd duodecim sunt in quibus vita contemplatiua præ eminentiam videtur habere respectu actiuæ. ¶ Primum est, quòd contemplatiua meliori intendit, Deo scilicet, cum actiuam intendat proximo. Contemplatiua dicit, Mihi adhærere Deo, bonum est. Luca 10. Vnum est necessarium. glo. Bedæ, scilicet Deo iugiter inhærere, In Psal. Vnam petij à domino, hanc requiram. Isidorus in libr. differentiis. Inter actiuam & contemplatiuam vitam hæc distat est. Actiuam vitam est quæ in operibus iustitiæ, & proximi utilitate versatur. Contemplatiua autem quæ vacans ab omni negotio, in sola Dei dilectione desigitur. Vna in opere bonæ conuersationis, altera in contemplatione immutabilis est veritatis. Idem in libr. de summo bono: Actiuam vitam mundanis rebus bene vitur. Contemplatiua verò mundo renuntians, soli Deo viuere delectatur. ¶ Secundum est, quòd contemplatiua clarius videt. Vnde Genes. 29. dicitur de Lia, quòd lippis erat oculis. Gregorius: Mens quæ contemplantando otia appetit, plus videt, sed pauciores filios Deo generat: qui verò ad laborem prædicationis se dirigit, minus videt, & amplius parit. ¶ Tertium est, munditia seu pulchritudo. Vnde Genes. 29. dicitur de Rachele, quòd decora erat facie & venusto aspectu. Prouerb. 3. Dicitur de sapientia: Via eius, via pulchræ. Cantic. 6. Laui pedes meos, dicit sponsa: quomodo inquinabo eos? Quartum est securitas. Secura est vita contemplatiua respectu actiuæ. Prouerb. 1. Frustrà iacitur rete ante oculos pennatorum. Glo. Facile euadit laqueos in terris, qui oculos habet in caelis. Prouerbio. 3. Omnes semitæ eius pacificæ. ¶ Quintum est, quies: quæ est vita contemplatiua. Vnde Luc. 10. dicitur de Maria, quòd sedens secus pedes domini

ni audiebat verbum illius. Gloss. Maria sedet. quia contemplatiua pacatis vitiorum tumultibus optata, iam in Christo mentis quiete fruitur, Martha stat, quia laborioso actiua desudat in certamine. De Martha ibidem dicitur, Martha, Martha, sollicita es &c. Et Ioan. 11. dicitur quod Maria domi sedebat. Hęc tria, scilicet pulchritudo, securitas, quies, tanguntur Esa. 31. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiducia, & in requie opulenta. De securitate tangitur Deuter. 33. Amantissimus domini habitabit cōfidenter. Amantissimus domini est vir contemplatiuus. ¶ Sextum est, iocunditas. Iocundior est cōtemplatiua quā actiua. Vnde super illud Lucæ 10. Maria sedens secus pedes domini &c. dicit gloss. Intenta erat Maria quomodo pasceretur à Deo, intenta erat Martha quomodo pasceret dominum. Hęc cōuiuuium parat domino: in conuiuio domini illa iam iocundatur. Greg. in Moral. Cōtemplatiua vita meritō maior est, quā actiua: quia hęc in vsu presentis operis laborat: illa verò sapore intimo venturam iam requiem degustat. ¶ Septimum est contemplatiuæ permanentia. De qua Luc. 10. Maria optimam partem elegit, quę nō auferetur ab ea. Glo. Cōtemplatiua hic incipit, & in cælesti patria perficietur: quia amoris ignis qui hic ardeat inchoat, quum ipsum quem amat viderit, in amore amplius ignescit. Et subditur, Actiua cū corpore deficit: quia in æterna vita panem non porriget esurienti, quia nemo esuriet, nec cætera opera pietatis aget, quia non erunt necessaria. ¶ Octauum est, deuotio. Vnde Maria Christum vngit. Matth. 26. Marc. 14. Lucæ 7. Ioan. 12. ¶ Nonum est, Dei familiaritas. Contemplatiua Dei familiarior est. Vnde figuratur per Ioannem Euangelistam, sicut tangit gloss. super illud Ioan. vi. Conuersus Petrus vidit discipulum quem diligebat Iesus. Et sequitur in glo. Hęc plene Christus diligit, & seruat in æternum. Loquitur de contemplatiua. ¶ Decimum est pretiositas. Contemplatiua pretiosior videtur esse quā actiua, eò quod sit rarior. Isidor. in libr. de summo bono: Actiua communis multorum est, contemplatiua verò paucorum. Hoc figuratum est Gen. 6. vbi dicitur de arca: In cubito consummabis summitatem eius: Inferius tamē erat valde lata. Vnde ibidem dicitur, Trecentorum cubitorum erit longitudo arce, quinquaginta cubitorum latitudo. Quod exposuit Gregorius dicens: Videmus multos in ecclesia superbire & lasciuire, & terrenis rebus inhiare, irasci, rixari, & proximum lædere: sed quia ecclesia tolerat eos, vt conuertantur, quasi in arce latitudine bestiarum fuisse dicuntur. Videmus alios aliena non

rapere, illatam iniuriã æquanimiter portare, rebus propriis cõ-
tẽtos esse, humiliter viuere: sed quia iam pauci sunt, angustatur
arca. Alios videmus etiam possessa relinquere, nullũ terrenis re-
bus studium dare, inimicos diligere, carnẽ domare, omnes mo-
tus ratione premere, per cælestẽ desiderium cõtẽplationis pen-
na subleuari: sed quia valde rari sunt, iam arca iuxta cubitũ de-
citur, vbi homines & volatilia continẽtur. ¶ Undecimum est, q̃
vita cõtẽplatiua vitæ cælesti similior est. Vnde eadẽ opera ad
cõtẽplatiuam videtur pertinere, quæ assignat Aug. beatæ vitæ,
vlt. lib. de Ciuit. Dei, dicens: Ibi vacabimus & videbimus, videbi-
mus & amabimus, amabimus & laudabimus. In Psal. Vacate &
videte, quoniã ego sum Deus. ¶ Duodecimũ est, q̃ vita cõtẽpla-
tiua finis videtur esse actiua. Finis verò melior est his quæ sunt
ad finem. Per actiuã trãsitur ad cõtẽplatiuã. Isidorus in lib. de
summo bono: Qui prius in hac vita proficit, bene ad cõtẽempla-
tionem conscendit. Greg. Qui ad arcẽ cõtẽplationis ascendere
desiderat, prius necesse est vt in campo actionis se exerceat. Gen.
29. Lia prius introducta est ad Iacob: licet Iacob aliter speraret.
Et cum ipse de hoc cõquereretur, responsum est ei, Nõ est in lo-
co nostro consuetudinis, vt minores antè tradamus ad nuptias.

*De distinctione cõtẽplationis à simplici consideratione, seu medi-
tatione & cogitatione, & de speciebus considerationis & cõtẽm-
plationis.*

P A R S I X.

C Onsequenter distinguenda est cõtẽplatio à simplici cõ-
sideratione seu meditatione. Et rangendum est de specie-
bus considerationis & cõtẽplationis. ¶ Notandum ergo q̃
Ber. 2. lib. de consideratione, distinguit inter cõtẽplationem
& considerationem, his verbis: Considerationem, non id per
omnia quod cõtẽplationem intelligi volo, quod cõtẽplatio
ad rerum certitudinem, consideratio ad inquisitionem magis
se habeat. Iuxta quem sensum potest cõtẽplatio diffiniri, ve-
rus certusque intuitus animi de quacunque re, siue apprehensio
verĩ non dubia. Consideratio autem, intentra ad vestigandum
cogitatio, vel intentio animi vestigantis verum, quanquam so-
leant indifferentem pro inuicem vsurpari. Deinde diuidit ea quæ
consideranda sunt iis verbis: Quatuor tibi consideranda reor,
Te, quæ sub te, quæ circa te, quæ supra te sunt. In quinto verò
libro de consideratione, dicit considerationem peregrinatio-
nem ab his quæ supra sunt, ad inferiora descenderet. Velim in-
quit, hoc solertem aduertas, vir, sagacissime Eugeni: quia toties
peregrinatur consideratio tua, quoties ab illis rebus ad ista de-
scendit.

scetur
perend
men it
ulat: sic
digni
quæ fa
indigen
tura ca
Videt v
iis quæ
ipsa no
lius sum
uerlas
sensu
do in su
dum ac
cius, ill
maxim
human
naris ex
mia con
cessus I
quã m
siderati
placet,
specula
bũ que
Æstim
derans
in se co
eximen
secund
& certe
tius per
ascend
me exi
Nobis.
Ergo q
Vetum
peccat,
quæ su

scenditur inferiora & visibilia, siue intuenda ad notitiam, siue ap-
 petenda ad vsum, siue pro officio disponenda vel actitanda. Si ta-
 men ita versatur in iis vt per hæc illa requirat, non procul ex-
 ular: sic considerare, repatriare est. Sublimior iste presentium ac-
 dignior vsus rerū, iuxta sapientiam Pauli: Inuisibilia Dei per ea
 quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur. Sanè hac scala ciues nō
 indigent, sed exules. Quid opus scalis teneri iam solium? crea-
 tura cæli illa est præsto habens per quod potius ista intueatur.
 Videt verbum, & in verbo facta per verbum: nec opus habet ex
 iis quæ facta sunt, factoris notitiam mendicare. Neque enim vt
 ipsa nouerit, ad ipsa descendit quæ ibi illa videt, vbi longe me-
 llus sunt quàm in seipsis. Deinde in eodem libro distinguit di-
 uersas species considerationis, his verbis. Magnus ille, qui vsum
 sensuū veluti quasdam ciuium opes expedere satagit, dispensan-
 do in suā & multorum salutem. Nec ille minor, qui hūc sibi gra-
 dum ad illa inuisibilia philosophando cōstituit: nisi q̄ hoc dul-
 cius, illud utilius: hoc facilius, illud fortius esse cōstat. At omniū
 maximus qui spero ipso vsu rerum & sensuum, quātum quidē
 humana fragilitati fas est, non ascensorius gradibus, sed inopi-
 natis excessibus auolare interdum contemplando, ad illa subli-
 mia consuevit. Ad hoc vltimum genus illos pertinere reor ex-
 cessus Pauli. Excessus, non ascensus: nam raptum potius fuisse
 quàm ascendisse ipse se perhibet. Et subdit Ber. Vis tibi has con-
 siderationis species propriis distingui nominibus? Dicamus si
 placet, Primam dispensatiuam, secundam æstimatiuam, tertiam
 speculatiuam. Dispensatiua est consideratio sensibus sensibili-
 busque rebus ordinate & socialiter vtens ad promerendum Deū.
 Æstimatiua est consideratio, prudenter quæque scrutans ac pen-
 derans ad inuestigandum Deum. Speculatiua est consideratio, se-
 in se colligens, & quantum diuinitus adiuuatur, rebus humanis
 eximens, ad contemplandum Deū rapitur. Quod prima optat,
 secunda adorat, tertia gustat. Ad quem tamen gustum perducit
 & cætera: etsi tardius, nisi quod prima laboriosius, secunda quie-
 tius peruenit. Dixisti, inquit, satis qua via ascēdatur, etiam quod
 ascēdendum dicere habes. Falleris si illud speras, ineffabile est. Tu
 me existimas loqui quod oculus nō vidit, nec auris audiuit &c.
 Nobis, inquit, reuelauit Deus per Spiritum suum. 1. ad Corint. 2.
 Ergo quæ supra sunt, nō verbo docentur, sed spiritu reuelantur.
 Verūm quod sermo nō explicat, consideratio quærat, oratio ex-
 petat, meretur vita. pūritas assequatur. Sanè eorum admoniti
 quæ supra sunt, nō te existimes rapti à me suscipere & lem. le-

nam, stellas &c. Ista siquidē omnia etsi suprā loco, pretio infra sunt & dignitate natura. Sunt enim corpora cui portio spiritus est. Angeli sancti & Deus supra te sunt, Deus, natura, angeli, gloria. ¶ Idem in eodem distinguit quatuor species contemplationis respectu Dei, his verbis: Prima & maxima contemplatio est, admiratio maiestatis. Hęc requirit cor purgatū, & à vitiis liberum atque exoneratū peccatis, vt facile ad superna leuet: interdum quoque per aliquas morulas stupore & extasi suspensum teneat admirantem. ¶ Secunda autem necessaria est huic. Est enim intuens iudicia Dei, quo sanè pauido aspectu Deum vehementer concutit intuentem, fugat vitia, fundat virtutes, inicit ad sapientiā, humilitatem seruat. Virtutum siquidem bonū quoddam ac stabile fundamentū, humilitas, nempe si nuret, illa virtutum aggregatio non nisi ruina est. ¶ Tertia contemplatio occupatur vel potius otiatur circa memoriam beneficiorum & ne dimittat ingratum, sollicitat memorantem ad amorem benefactoris. ¶ Quarta, quæ retro sunt obliuiscens in sola requiescit expectatione promissorum. Quæ cum sit meditatio æternitatis, siquidē quæ promittuntur æterna sunt, longanimitatē alia & perseuerantiæ dat vigorem. Deinde adaptat Ber. quatuor dictas species contemplationis, quatuor quæ tangit Apostolus ad Ephe. 3. Vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis quæ sit longitudo, latitudo, sublimitas, & profundum. Longitudinem, inquit, apprehendit meditatio promissorum. Latitudinem, recordatio beneficiorum. Sublimitatem, contemplatio maiestatis. Profundū, inspectio iudiciorum. Item in eodem libro: Deus est longitudo, latitudo, sublimitas, & profundum. Res vna est longitudo propter æternitatem, latitudo propter charitatem, sublimitas propter maiestatem, profunditas propter sapientiam. Ista non disputatio cōprehendit, sed sanctitas. Sanctum facit affectio sancta & ipsa gemina timor Domini sanctus & sanctus amor. His perfectē affecta anima veluti quibusdam duobus brachiis comprehendit, amplectitur, stringit, tenet, & ait: Tenui eum, nec dimittam. Et timor quidem sublimi & profundo, amor lato longitudo responder. Quid tam timendum, quàm potestas, cui non potes resistere, quàm sapientia, cui abscondi non potes? Poterat minus timeri Deus alterutro carēs: nunc autē perfectē oportet timeas illum, cui nec oculus deest omnia videns, nec manus omnia potens. Itē quid tam amabile quàm amor ipse quo amaris? Amabiliorem tamen iuncta æternitas facit, quæ dum nō excidit, foras mittit suspicionem. Stupenda planè sublimitas maiestatis, pa-

uen

nēda abyssus iudiciorum, feruorē exigit charitas, æternitas per-
 feneratiā sustinēdi. ¶ Richardus de sancto Victore in lib. de cōtē-
 platione, distinguit inter cōtēplationē, meditationē, & cogitatio-
 nē his verbis, Sciēdum est q̄ eandē materiam aliter per cogita-
 tionem intuemur, aliter per meditationem rimamur, aliter per
 cōtēplationem miramur. Cogitatio per deuia lento pede sine
 respectu peruersionis passim huc illucque vagatur. Meditatio
 per ardua viæ sæpe & aspera ad directionis finem cum magna
 animi industria nititur. Cōtēplatio libero volatu quocunque
 eam fert impetus, mira agilitate circumfertur. Cogitatio serpit,
 meditatio incedit, & vt multum currit cōtēplatio, ante omnia
 circumuolat. Cogitatio est sine labore & fructu, in meditatione
 est labor cū fructu. Cōtēplatio permanet sine labore cū fru-
 ctu, in cogitatione euagatio, in meditatione Inuestigatio, in
 cōtēplatione admiratio. ¶ Deinde tria prædicta sic describit:
 Cōtēplatio est libera mentis perspicacia in sapientiæ specula
 cum admiratione suspensa. Vel cōtēplatio est perspicax & li-
 ber animi contuitus, in res perspicendas vsquequaque diffusus.
 Meditatio verò est studiosa mentis intentio circa aliquid inue-
 stigandum diligenter insistens. Vel sic: Meditatio est prouidus
 animi obuius in veritatis inquisitione vehemēter occupatus.
 Cogitatio autem est improuidus animi respectus ad euagatio-
 nem pronus. ¶ Distinguit etiam inter cōtēplationem & spe-
 culationem his verbis: Quamuis cōtēplatio & speculationem
 pro inuicem poni soleant, aptius tamē speculationem dicimus,
 quando per speculum cernimus: cōtēplationem verò, quan-
 do veritatem sine aliquo inuolucro umbrarūque velamine in
 sui puritate videmus. Et sic cōtēplatio valdē strictē accipitur.
 Commune est, tam cōtēplationi quàm meditationi circa
 vilia occupari, & in sapientiæ vel scientiæ studiis versari. Sed in
 hoc solent differre à cogitatione quæ se consuevit ad inepta &
 frivola relaxare. Fit tamen sæpe vt in cogitationum nostrarum
 euagatione aliquid animus incurrat, quod scire vehemēter am-
 biat, fortiterque insistat: sed dum mens huiusmodi inquisitio-
 ni studium impendit, iam cogitatio in meditationem transit.
 Item veritatem diu quæstram, tandemque inuentam, mens so-
 let cum auiditate suscipere, mirari cum exultatione, eiusque ad-
 mirationi diutius inhaerere. Et hoc est meditationem in cōtē-
 plationem transire. ¶ Cōtēplationis formam in cæli volati-
 libus videmus. Videas alia nunc se ad altiora tollere, nunc se ad
 inferiora demergere, & eisdem ascensionis descensionisue stræ

modos sapius reperere. Videas alia nunc dextrorsum, nunc sinistrorsum diuertere, & nunc in hanc, nunc in illam partem declinando, in anteriora parum vel penè nihil se promouere, & easdem discursuum suorum vicissitudines multa instantia, multipliciter reiterare. Videas alia sub magna festinantia se in anteriora extendere, sed mox sub eadem celeritate in posteriora redire, & saepe id ipsum agere, eosdem excursus, atque recursum diutina frequentatione continuare atque protrahere. Videre licet alia, quomodo se in gyrum flectunt, & quam subito, vel quam saepe eosdem vel similes, nunc autem paulò latiores, nunc paulò contractiores circuitus repetunt, & semper in illud ipsum redeunt. Videre licet alia, quomodo aliis saepe reuerberatis, se in vno eodemque loco diutius suspendunt, & mobili se agitatione quasi immobiliter figunt, & ab eodem suspensionis suæ loco diutè multumque hærentia penitus non recedunt, ac si operis & instantiæ suæ executione prorsus videantur exclamare, & dicere, Bonum est nos hic esse. Iuxta hoc sanè propositarum similitudinum exemplar contemplationis nostræ volatus multiformiter variatur, & personarum negotiorumque varietate vario modo formatur. Nunc de inferioribus ad summa ascendit, nunc de superioribus ad ima descendit, & nunc de parte ad totum, nunc de toto ad partem considerationis suæ agilitate discurret, & ad id quod sciri oportet, nunc à maiori, nunc à minori argumentum trahit. Modo autem in hanc, modo in oppositam partem diuertit, & contrariorum notitiam ex contrariorum scientia elicit, & pro vario oppositorum modo ratiocinationis suæ executionem consuevit variare. Aliquando in anteriora currit, & subito in posteriora redit, modo ex affectibus, modò ex causis & qualibet eunquæ antecedentibus vel consequentibus cuiuslibet rei modum vel qualitatem deprehendit. Quandoque verò quasi in gyrum speculationis nostræ ducitur, dū vnicuique rei quæ sint cū multis cōmunita considerantur, dum ad vnā quamlibet rē determinandum, nunc à similibus, nunc à similibus se habentibus seu cōmuniter accedentibus, ratio trahitur, & assignatur. Tūc autē in vno eodemque loco considerationis nostræ defixio quasi immobilis sistitur, quando in qualiscunquæ rei esse vel proprietate perspicenda atque miranda contemplatione intentio libenter immoratur. Modus cōtemplationis qui quodāmodo fieri solet, antè & retro insinuat. Ezech. i. Ibat animalia, & reuertebatur in similitudine felguris coruscantis. De illo qui quasi sursum & deorsum est, dicitur in Psal. Ascendit vsque ad celos & descendit vsque ad abyssos. De illo

illo qui
los tuos
tionis h
in imag
in ima
cundū in
ne. Qu
supra ra
in imagi
gination
in corpo
sa, quā p
superesse
mur. Tūc
dam solā
quarim
in hoc sp
quādo ac
cōtemplati
inuenim
ne adduc
dispositio
rimamur
per rerū
nem subli
tionis off
sed quæ
prehendi
mas, & ex
ex corū e
rellectuū
diutina re
plenè cen
muestiga
illa simpl
te probar
quādo ei
trariare n
ne illud it
radiation
tio reclar

illo qui est velut in gyrū, dicit Propheta: Leta in circuitu oculos tuos, & vide. Esa. 60. ¶ Deinde distinguit species cōtemplationis his verbis: Sex sunt cōtemplationū genera. ¶ Primū est, in imaginatione, & secundū solā imaginationē. ¶ Secundū est, in imaginatione secundum rationē. Tertium est, in ratione secundū imaginationē. ¶ Quartū est, in ratione & secundū rationē. ¶ Quintū est, supra rationē, sed nō prater rationē. ¶ Sextum supra rationē est, & videtur esse prater rationē. ¶ Duo itaq; sunt in imaginatione, duo in ratione, duo in intelligentia. ¶ In imaginatione, cum obtupescentes attēdimus corporalia ista quę sensu corporeo haurimus quā sint multa, quā magna, quā diuersa, quā pulchra vel iucunda. Et in his omnibus creatricis illius superessentię potentiā, sapientiā, munificentā mirādo veneramur. Tūc cōtemplatio nostra in imaginatione versatur: & secundum solā imaginationem formatur, quādo nihil argumētando quærimus, sed liberē mēs nostra huc illucq; discurret, quō eam in hoc spectaculorū genere admiratio rapit. ¶ Secundū genus est, quādo ad ea quę in imaginatione versamus, & quę ad primum cōtemplationis genus pertinere iā diximus, rationē quærimus & inuenimus, imō inuentā & notā in cōsideratione eū admiratiōne adducimus. In illo res ipsas, in isto earum rationē, ordinem, dispositionem, & vnus cuiusque rei causam, modū & vilitatem timamus, speculamur, miramur. ¶ Tertium genus est, quādo per rerū visibilibus similitudinem in rerū inuisibilibus speculationem subleuamur. ¶ Quartū est, quādo semoto omnis imaginationis officio, illis solis anim^o intēdit quę imaginatio nō nouit, sed quę mens ex ratiocinatione colligit vel per rationem comprehendit: vt quādo inuisibilia nostra quę per experiētā nouimus, & ex intelligentia capimus, in cōsiderationē adducimus & ex eorū cōsideratione in celestiuū animorū & supermūdanorū intellectū cōtemplationē assurgimus. ¶ Quintū est, quādo ea ex diuina reuelatione cognoscimus, quę nulla humana ratione penē comprehendere, quę nulla nostra ratiocinatione integrē investigare sufficimus. Talia sunt illa quę diuinitatis natura, & illa simplici essētia credimus, & scripturarū diuinarū authoritate probamus super rationē: nec tamē prater rationē cēsenda est quādo ei quod per intelligentiā acie cernitur, humana ratio cōstariare nō potest, quin potius facile acquiescit & sua attestatiōne illud it. ¶ Sextum est, quādo animus ex illa diuini luminis irradiatione cognoscitatem considerat, quibus omnis humana ratio reclamatur. Talia sunt penē omnia quę de personarū trinitate

te credere iubemur. Duo ex his qui in imaginatione consistunt, quia solis sensibilibus intendunt, duo in ratione consistunt: quia solis intelligibilibus insistant, duo in intelligentia subsistunt, quia solis intellectibilibus intendunt. Sensibilia dico, sensu corporeo perceptibilia. Intelligibilia dico, inuisibilia, humanæ tamen rationi incomprehensibilia. Intellectibilia dico, inuisibilia & humanæ rationi incomprehensibilia. ¶ Proprium est primæ contemplationis, simpliciter & sine ulla ratiocinatione visibilium admirationi inharere. ¶ Proprium est secundæ, visibilium rerum rationi ratiocinando insistere. ¶ Proprium est tertie, per visibilia ad inuisibilia ratiocinando ascendere. ¶ Proprium est quartæ, et inuisibilibus inuisibilia ratiocinando colligere, & per expertior intelligentiam ad ignorantiorum notitiam proficere. ¶ Proprium est quintæ, in intellectibilibus intelligentiam rationem admittere. ¶ Proprium est sextæ, intellectibilibus intelligentiam omnem humanam ratiocinationem transcendere. ¶ His sex contemplationum alis à terrenis suspendimur, & ad cælestia leuamur. Citra perfectum te esse non dubites, si adhuc aliquibus illarum careres. Mecum & cum mei similibus bene agitur, si unum ex his tribus alarum paribus datur. Quis mihi dabit penas sicut columbæ, & volabo & requiescam? Terrenum & nondum cæleste animal es, quando tantum duabus alis contentus fueris, habes tamen unde corpus tuum velare, unde volare possis. Corpus velare est mundanorum concupiscentiam ex mundanæ mutabilitatis consideratione tepere, imò in obliuionem adducere. Volare est ab amore mundi se elongare. Nitere in iis alis, quantum poteris, apprehendere saltem nouissima maris. Si sumpsero, inquit, pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris. Extrema maris, mundi terminus, ac unicuique vitæ propriæ defectus. Extrema maris tenere, est mundi finem atque vitæ exitum cum desiderio expectare. Extrema maris apprehenderit, qui dicere poterat, Cupio dissolui & esse cum Christo. Parum tibi esse debet has duas alas accepisse: sed ut probes te cæleste animal esse, stude & satage saltem duo paria habere. Cælestia animalia erant quæ vidit Ezechiel. Quatuor, inquit, facies unius, & quatuor pennæ unius. Ezech. 1. Duobus corpus suum velabant: nam cæteris duabus volabant. ¶ Sunt corpora cælestia, & sunt corpora terrestria. Si totum corpus tuum lucidum fuerit, non habens in se aliquam partem tenebrarum, vtile tamen erit illud ab humanæ arrogantia oculis abscondere: & sub humanæ mutabilitatis incerto propriæ æstimationis claritatem temperare. Eccles. 9. Nescit enim homo finem suum &c.

In prim
let ad c
possit c
lipp. 3.
nunqu
ret enim
ad terri
contem
Has in
habitu
alæ uni
debet es
Deum in
bilem re
&c. Ece
nomē D
suis: & s
speculat
tia, in m
est in m
mam vi
triangul
sideratu
litate ex
poteo pe
¶ Opera
rationē
aboribu
rescun
tificant
alia na
rim ex i
mana. A
bet eccle
næ leges
propter
phera of
operibus
lectasti
cata fun
genus c

In primo alarum pari vellet homo corpus suum, in secundum voler ad caelum. Satagat studio & desiderio in caelestibus esse, ut possit cum Apostolo dicere, Nostra conversatio in caelis est. Philipp. 3. Verumtamen si usque ad tertium caelum penetrare paras, nunquam id in duobus alarum paribus posse praesumas. Oportet enim sex contemplationum alas assignatas habere qui cupit ad terrarum caeli secreta diuinitatisque arcana volare. Has sex alas contemplationum soli perfecti in hac vita vix habere possunt. Has in futura vita electi tam in hominibus quam in angelis habituri sunt, ut de utraque natura veraciter dici possit: quia sex alae uni, & sex alae alteri. Esa. 6. Primum genus contemplationis debet esse incipientium. In hoc genere contemplationis homo Deum in omnibus operibus eius mirabilem laudabilem, & amabilem reperit. Psal. Domine Dominus noster, quam admirabile &c. Ecce mirabilem. A solis ortu usque ad occasum laudabile nomen Domini. Ecce laudabile. Iustus Dominus in omnibus viis suis: & sanctus in omnibus operibus suis. Ecce amabilem. Haec speculatio triplex est. Prima, in rebus. Secunda in operibus. Tertia, in moribus. Prima etiam tres habet species. Quarum prima est in materia. Secunda in forma. Tertia in natura. Materia & formam visu corporeo facile deprehendimus: nam lapi lem a ligno, triangulum a quadrangulo sine errore discernimus. Natura consideratur in rerum qualitate intrinseca. Forma consistit in qualitate extrinseca. Qualitas rerum interior ex magna parte corporeo percipitur sensu, sicut saporibus gustu, odores olfactu. Operatio duplex est: alia enim est naturae, alia industriae. Operatione naturae facile deprehendere possumus, ut in graminibus, arboribus, animalibus. In graminibus, quomodo crescunt, matureseunt. In arboribus similiter quod frondent, florent, fructificant. In animalibus quomodo concipiunt & pariunt, quod alia nascuntur, & alia moriuntur. Disciplina vero morum partim ex institutione diuina, partim processit ex institutione humana. Ad diuina instituta pertinent obsequia diuina, & qualibet ecclesiae sacramenta: ad instituta humana pertinent humanae leges. Humana institutio est propter vitam inferiorum, diuina propter vitam superiorum. In hoc genere contemplationis Propheta ostendit se exercuisse, dicens: Meditatus sum in omnibus operibus tuis, & in factis manuum tuarum meditabar. Item: Delectasti me Domine in factura tua. Et iterum: Quam magnificata sunt opera tua Domine, omnia in sapientia fecisti. Hoc genus contemplationis recte in septem gradus distinguere possit.

possumus. Primus consistit in illa admiratione rerū que surgit ex
 cōsideratione materię. Secundus, in illa admiratione rerum que
 surgit ex cōsideratione formę. Tertius, in illa admiratione re-
 rum quam gignit cōsideratio naturę. Quartus in illa admira-
 tione que est circa operationē naturę. Quintus in illa admira-
 tione que est circa operationem industrię. Sextus in cōsiderā-
 dis & admirandis institutionibus humanis. Septimus, in cōside-
 randis & admirandis institutionibus diuinis. ¶ Secundo generi
 cōtemplationis penē rota mundana philosophia materiam mi-
 nistrat, latētes rerū visibiliū causas suę sagacitatis inuestigatio-
 ne inueniens, & in palā producens. Et possunt distingui septem
 gradus in secūdo genere cōtemplationis: similes septē gradibus
 distinctis in primo genere, cū circa eadē versetur hęc cōtēpla-
 tio, & prima scilicet circa sensibilia. ¶ Terriū genus cōtēplati-
 onis in quinque gradus distinguitur secundū quinque modos cōsi-
 derationū, ex quib⁹ inuisibiliū inuestigatione similitudinū ratio
 queritur vel assignatur. Primus modus est, quādo similitudo su-
 mitur ex eo vnde ipsum est, vel quod ipsum est. Secundus & ter-
 tius similitudinē trahit ex eo quod in ipso est. Quartus & quin-
 tus, ex eo quod per ipsum est. Primus trahitur ex materię proprie-
 tate, vt ibi, crura illius colūnę marmorea que fundatae sunt su-
 per bases aureas. Cant. 5. Secundus & tertius, ex rei ipsius quali-
 tate: sed secundus ex qualitate extrinseca, quod diximus formā:
 tertius ex qualitate intrinseca, quod dixim⁹ naturā. Qualitas extrin-
 seca cōstat in colore & figura. A colore similitudo assignatur ibi,
 Dilectus meus cādīdus & rubicūdus. Cant. 5. A figura, ibi: aspe-
 ctus earū & opus earū quasi si sit rota in medio rotę. Ezech. 5. Ex-
 trinseca qualitas pertinet ad solū visum, quę ad modū intrinseca
 qualitas ad ceteros sensus. Ad audiū pertinet illud, Et vocē quę
 audiui tāquā vocē citharcedorū &c. Apoc. 14. Ad odoratū illud,
 Sicut cinnamomū & balsamum &c. Eccl. 24. Ad delicias gustus,
 illud, Spiritus meus super mel dālcis. Eccl. 24. Ad delicias tactus,
 illud Ps. Sicut vnguerū in capite. Quartus, ex eo quod in ipsa re vel
 ab ipsa fit secūdum motū naturālē: vt ibi, Quomodo descendit
 imber & nix de cęlo &c. Esa. 55. Quintus ex eo quod agitur secūdū
 motū artificialē: vt ibi, superedificati super fundamētū Apostolo-
 rū &c. Eph. 2. In quarto genere cōtēplationis primū est, vt redeas
 ad teipsū, intres ad cor tuū, discas æstimare spiritū tuū. Discere
 quid sis, quid fueris, quid esse debueris, quid esse poteris, quid fue-
 ris per naturā, quid modo sis per culpā, quid esse debueris per in-
 dustriā, quid adhuc esse possis per gratiā. Nunquid mēti excidit
 quod

quod regnū Dei intra nos sit? Luc. 17. Et quia simile est regnū ca-
lorū thesauro abscondito in agro. Matt. 13. Omni custodia serua
cor tuū. Prou. 4. Audi David, quomodo tibi seipsū in exēplū pro-
ponat: Meditatus sū, inquit, nocte cū corde meo, & exercitabar,
& scopabā spiritū meum. Meditabatur ille cū corde suo, medi-
tare & tu cū corde tuo. Scopabat ille spiritū suū, scopa tu spūm
tuū. Exerce agrū istū, attende remetipsum. Absq; dubio, insitēs
huic exercitio, inuenies thesaurū istū absconditū in agro. Et hoc
exercitio creseit auri copia, multiplicatur scientia, augmētatur
sapientia. Ex hoc exercitio cordis oculus mūdatur, ingeniū acui-
tur, intelligētia dilaturatur, nihil rectē estimat, qui seipsū ignorat.
Nescit q; sub pedibus suis omnis mūdana gloria iacet, qui cōdi-
tionis suae dignitatē nō pēlat. Nescit omnino, nescit qd de spiri-
tu angelico, quid de diuino scire debeat, q; spiritū suū prius nō
cogitat. Si nondū idoneus es incitare teipsum, quomodo ad illa
imāda idoneus eris quae sunt supra teipsum? Si nōdū idoneus
es intrare in tabernaculū primū, qua frōre praesumis ingredi in
tabernaculū secundū? hoc est in sācta sanctorū? Si cupis euolare
vsq; ad secundū seu tertiuū caelū, sit tibi trāsitus per primū. In cor-
de hominis inuenire licet animā quādā plenitudinē orbis terra-
rū. Ibi sua quādā terra suū habet caelū. Nec vnū tātū, sed secūdū
post primū, & tertiuū post secūdū erit. Tener imaginatio vicē pri-
mi caeli, ratio secūdi, intelligētia tertij. Et horū quidē primū ca-
eterorū cōparatione grossū quidē est atq; corpulētū, eō q; sit ima-
ginariū, post se trahēs & in se retinēs formas rerū corporalium.
Reliqua vero duo huius cōparatione sūt valde subtilia, & omni-
nō incorporea, & ab ei^o crassitudine multū remota. Sic sanē caelū
hoc exterius quod nos diximus firmamētū, absq; vlla dubitatio-
ne cōstat esse visibile atque corporeū, & ipsum quidē primū &
omniū infimū, q; autē est terra ad hoc visibile caelū, hoc est sen-
sus corpore^o ad illud internū fantasticū & imaginariū caelū. Nā
sicut hoc visibile caelū omniū quae terra gignit atq; nutrit multi-
tudinē sin^o sui magnitudine cōprehēdit: sic omniū quae sēsus attri-
git similitudines, infra sinū suū imaginatio includit. In primo
cōtinētur omniū visibiliū imagines & similitudines rerū. Verita-
te, qui sūma veritas est, reseruauit sibi: rerū verò imagines qua-
libet hora formādas cōcessit suae imagini, scilicet animae. Facile
est enim animae humanae omni hora quassibet rerū figuras per
imaginationem fingere. Ad secundum pertinet visibiliū omniū
rationes, diffinitiones, & inuestigationes inuisibiliū. Ad tertium
spectāt spiritaliū etiā diuinorum cōprehensiones. Intelliger-
tia

tiz oculus est sensus ille quo inuisibilia videmus: nō sicut oculo rationis, quo occulta & absentia per inuestigationē querimus & inuenimus: sicut sepe causas per effectus, vel effectus per causas, & alia atq; alia quocunq; ratiocinādi modo cōprehēdimus. Sed sicut corporalia corporeo sensu videre solem⁹ visibiliter, presentialiter, atq; corporaliter: sic vtique ille intellectualis sensus inuisibilia capit, sed inuisibiliter quidē, sed presentialiter, sed essentialiter. Sed habet sanē oculus hic intellectualis ante se velū magnū oppansum ex peccati delectatione fuscātū, & tot desideriorū carnaliū varia multiplicitate contextū, q̄ contemplantiū intuitum à diuinorū secretorū arcanis arceat, nisi quantū diuina dignatio quemlibet pro sua aliorū vte utilitate admiserit. Testatur hoc propheta, clamans: Reuela oculos meos. Nusquā tibi in omni Dei opere quā in animę creatione, reparatione, glorificatione apparet eius potentia sublimior, vel sapientia mirabilior, vel misericordia iucundior. ¶ Primò, spiritualis natura creatur vt sit. ¶ Secundò, iustificatur vt bona sit. ¶ Terziò, glorificatur vt beata sit. Per creationem ad bonum imitatur, per iustificationē in bono dilatatur, per glorificationem in bono consummatur. ¶ Prima bona sunt creatoris dona. ¶ Secunda bona sunt creatoris dona & creaturę merita. ¶ Tertia bona, creatoris dona & creaturę premia. Ex ipsa creationis conditione naturale est omni rationali creaturę esse, scire, & velle. Cognosce homo quæso dignitatem tuam, cogita excellentem illam animæ tuę naturam, quomodo fecerit eam Deus ad imaginem & similitudinem suam, quomodo sublimauerit eā super omnē corpoream creaturam. Et statim mirari incipies quomodo vitgo inelyta filia Sion proiecta sit de cælo in terram, & ad Deum clamabis. Quid mihi est in cælo, & à te quid volui super terrā? Cogita quā necessarium, & diuine bonitati quā congruum, tam dignę creaturę boni aut mali discretionē & arbitrij libertatem cedere, vt esset bonum eius tam acceptū quā n. voluntarium, tam gratū quā gratuitum. Agnosce quātum emineas per ingenium brutis: Agnosce quantum subiaceas per intellectum spiritibus angelicis. Si attendas primum, cantabis pręcordialiter: Benedicam Dominum qui tribuit mihi intellectum. Si secundū, clamabis, Deus, tu scis insipientiam meam. Inuestiga diligenter voluntatē, non solum tuam, sed alienam seu bonam seu malam. Cognosce tuā, vt scias quid corrigere, seu vnde debeas gratias agere. Cogita animas perfectorum & peruersorum, spirituum bonorum & spirituum malignorū, vt elucescat quid

quid imitari, quid vitare expediat. Opus iustificationis sine duobus non consummatur. Nunquid enim perficitur si creaturæ suæ creator non cooperetur? Glorificationis nostræ modum quis sensus hominum capere, quæ ratio potest comprehendere? Sed glorificationis nostræ certitudinem fidei attestazione tenemus, quamvis qualitatis vel quantitas eius modum per intelligentiam necdum capere possimus. Sed pro modico & penè pro nihilo reputat, quicquid humana aviditas per experimentum non probat. Scimus autè, quia post plenam mundationem conscientia, post multa exercitia iustitiæ incipit tãdem aliquando mens humana sperare, quod prius vix poterat credere. Nunquã desistas, nũquam quiescas, donec futuræ illius plenitudinis aliquas (vt ita dicam) arras obtineas, donec æternæ felicitatis quantum luscunq; primitias accipias, donec diuinæ suauitatis dulcedinem prægustare incipias. Ad huius desiderium animare nos voluit qui dixit, Gustate, & videte quoniam suavis est dominus: beatus vir qui sperat in eo &c. ¶ Quartum contemplationis genus in quinque gradus potest diuidi. In primo gradu consideramus ea quæ pertinent ad animæ qualitatem, vel essentiæ ipsius proprietatem, quòd vita quædam & perpetua sit quæ nullis peccatis extingui possit, quòd non solum possit in perpetuum viuere, sed corpus etiã ad vitam & ad sensum animare, quod nullo sustentamento egeat, quod sine subsidio sempiternè subsistat, quomodo sit per tot corporis membra diffusa, quum ipsa sit simplex, quomodo in toto corpore suo quasi in suo quodammodo sit vbique tota. Quemadmodum Deus inuenitur vbique totus in omni creatura sua, quomodo in illo suo mundo sola voluntate omnia mouet atq; disponit, sicut in hoc mundo Deus solo voluntatis nutu omnia regit, qui eodem voluntatis nutu omnia creauit. In secundo gradu considerantur ea quæ ad cognitionem sunt. In hac consideratione miramur volubilitatem cogitationis, agilitatem imaginationis, ingenij acumen, discretionis examen, capacitatè memoriæ, viuacitatem intelligentiæ, & circa hæc alia quælibet stupenda. In tertio gradu consideramus rationalis animi voluntatè, multiplicemq; eius affectionè. In quarto contemplamur & admiramur quomodo tot animi affectiones rediguntur in virtutes in quantum per discretionem disponuntur, & in bona intentione figuntur. Cum enim nihil aliud sit virtus quàm affectio ordinata & moderata, ex intentione bona agitur vt sit affectio ordinata, & per descriptionem efficitur vt fiat moderata. In quinto gradu aspirantis gratiæ modos cum

ad imitatione attendimus. Absque dubio quicquid boni in bonorum cordibus agitur, septiformis ille spiritus per inspirantem gratiam operetur. Ecce vnus atq; idē spiritus tot mēsis semper & vbiq; præsider, & gratia suā munera multipliciter impedit. In duobus vltimis generibus contemplationis, puta quia opus est intima potius compunctione quā profunda inuestigatione, suspiriis quā argumētis, crebris gemitibus quā copiosis argumentationibus. ¶ Scimus quia cordis intima nil ad eō purgat, mentisque munditiam nil adeo reparat, nihil sic ambiguitatis nebulas detergit, cordisque serenitatem nil melius, nil citius adducit, quā vera animi contritio, quā profunda & intima animæ cōpunctio. Sed quid ait scriptura? Beati, inquit, mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Matth. 5. Studeat ergo cordis munditiæ qui cupit Deum videre. O quā prudēt circumscriptione. O quā frequenti increpatione oportet inuigilare ne vllus mentis excessus vel cogitationis euagatio discretionis perspicaciam lateat, nec sine redargutione fortisque castigatione pertranseat. Quum rationalis creatura quantum ad aliqua Deo sit similis, secundum illud, Creauit Deus hominem ad imaginem & similitudinē suam. Gen. 1. Et secundum illud, Tu signaculū similitudinis plenus sapiētia & decore, in deliciis paradisi Dei fuisti. Ezech. 28. Et quantum ad aliqua sit dissimilis, secundū illud, Deus, quis similis erit tibi? Contēplatio quantum ad primum non est præter rationem. Contēplatio verō quantum ad alia est præter rationē. ¶ Aues quum volare volunt, alas suas expandūt: sic debemus & nos cordis nostri alas per desiderium extēdere, & diuinæ reuelationis horam semper expectare, vt quacunque hora diuinæ inspirationis aura mentis nostræ nubila deterferit, veriq; solis radius detexerit, excussis statim contēplationis suæ alis, mens nostra se ad alta eleuet, & euolet, & fixis obrutibus in illud æternitatis lumen quod desuper radiat, omnia mundanæ volubilitatis nubila transcendat. Hoc figuratum est in duobus Cherubin qui erāt expandentes alas. Exo. 25. Debemus autē nō solum ad hoc quod in hac vita habere possumus, verum etiā ad illud diuinæ contēplationis spectaculum, quod in futura vita speramus, animas nostras suspendere, & in huiusmodi expectatione vehementi desiderio anhelare. Debet anima perfecta omni hora suæ peregrinationis terminum cum desiderio expectare. Hinc est quod Abrahā in ostio tabernaculi sui sedebat. Gen. 18. Elias in speluncæ suæ ostio stabat. 3. Reg. 19. Debet anima sancta & veri sponsi amica ad dilecti sui aduentum sum

summo cum desiderio anhelare, parata semper vocati occurrere. Debet semper in hoc sollicita esse, ne subito adueniens minus ornata inueniat, vel diu exclusus villam molestiam sustineat. Molesta satis verba aestuantiq; desiderio multum onerosa. Mandata, remanda &c. Dicit huiusmodi anima in suis sordibus inuenta, Certe aduentum tuum praescire debuisssem: vt te solenniter susciperem. De caetero aduentu tuum mihi praenuntia. Ecce vox dilecti pulsantis, Aperi mihi soror mea. Cantic. 5. Responde, Expecta modicum. O quantum timeo ne istud modicum, protrahas in longum, donec transeat. Pessulum ostij mei aperui dilecto meo, at ille declinauerat. Cant. 5. Per modica morula patienti desiderio satis est molesta. Scimus quia singularis amor consortem non recipit. Vide ergo ne tunc primo incipias perstreptentium turbas eicere velle, cum iam ipse inceperit ad ostium pulsare. Alioquin quid iam eris dictura, nisi, Expecta, reexpecta. Expectandum sane, itemq; reexpectandum ad eiciendum turbam extraneorum, ad eiciendum familiam tuorum. Omnes cogitatus tam vani quam noxij extranei iudicandi sunt, qui nulli nostrae vtilitati deseruiunt. Illos vero quasi domesticos famulantes habemus, quos nostris vsibus implicamus. Quia vero singularis amor solitudinem amat, totam hanc turba non solum cogitationum, verum etiam affectionum oportet eicere, vt dilecti amplexibus liceat inhaerere. Quanta quaso in hac expectatione mora? Modicum ibi, modicum ibi. Modicum in horto, dum tumultuationum turba dirigitur. Modicum in vestibulo, dum thalamus adornatur. Modicum in thalamo, dum lectulus sternitur: id est, intimus animae sinus ad summam pacem & tranquillitatem componitur. Dilectus auditur per recordationem, videtur per admirationem, deosculatur, per dilectionem amplexatur, per delectationem. Vel si hoc melius placet, auditur per reuelationem, videtur per contemplationem, deosculatur per deuotionem, astringitur ad dulcedinis suae infusionem. Auditur per reuelationem donec voce eius paulatim inualescere, tota perstreptentium tumultuatio sopiatur. solaq; ipsius vox audiatur, donec omnis illa tandem tumultuatio turba dispareat, solusq; cum sola remaneat, & solum sola per contemplationem aspiciat. Videtur per contemplationem donec ad insolitam visionis aspectum pulchritudinisque admirationem paulatim anima incalescat, magis magisque incandescat, & tandem aliquando incandescat, donec ad veram puritatem internamq; pulchritudinem tota reformetur, & ille internae habitationis thalamus, purpura & bysso, hiacyntho, coccog;

bis tincto vndique perornerur, donec tandem aliquando thalamo perornato & introducto dilecto, fiducia iam inualefcente desiderioque perurgente, cum se ulterius cohibere non valeat, subito, in oscula ruat, & impressis labiis intimę deuotionis oscula figat. Puto quia experra dulcedine tanta, de cetero non possit anima illa pulsanti dilecto aliquas moras nectere. Sed quamuis iam prompta sit aduenientę suscipere, nescio si æque parata sit vocanti occurrere. Aliud est cum ipso introire, atque aliud ad ipsum exire. Quid est eius introire, nisi se totam in seipsam colligere? Quid est eius exire, nisi seipsam extra semetipsam totam effundere? Nihil aliud est animam cum dilecto suo in cubiculum ingredi, & solam cum sola morari dulcedinęque perfuit, nisi exteriorum omnium obliuisci, & in eius dilectione summę & intimę delectari: Se solam cum dilecto videri, quādo exteriorum omnium oblita, ex his quę in intimis suis cōsiderat, animam suam in affectum dilecti sui inflammat, tam ex bonorum quā malorum suorum consideratione in gratiarum actione assurgit, & hinc pro impesa gratia, hinc pro indulgentia veniam intimę deuotionis victimas persoluit. Usque in intimum dilectus perducitur, & in optimo collocatur, quando ex intimo affectu & super omnia diligitur. Cogita quid sit quod in vita tua ardentius dilexisti, anxius concupisti, quod te iocundius afficiebat profundiusque delectabat. Cōsidera si eandem affectionis violentiam, dilectionisque abundantiam sentis, quando in summi dilectoris desiderium inardescis, quando in eius dilectione requiescis. Nondum intimum illum affectionis tuę sinum teneri, si intima dilectionis aculeus animam tuam in diuinis affectibus minus penetrat, quā in aliis affectibus aliquando penetrare solebat. Sed si tantam vel validiorem dilectionis violentiam in intimis tuis circa diuina prospexeris quā alias nunquam expertus fueris: vide adhuc si in horto forte aliud aliquid sit in quo delectari vel cōsolari possis. Quod si est, nondum audeo dicere, dilectum intimum ardentissimi amoris sinum teneri. Satage trahere eum adhuc ad interiora cordis, quis enim neget cor tales recessus habere, in quibus summi & singularis amoris violentia, cum aliquid per affectum infixerit, aliena omnino delectatione auelli nō possit. Certe si alienam aliquam cōsolationem quærīs vel recipis, Deum quāuis fortassis summę, nondum tamen singulariter diligis. Nondum ergo in intimum perducitur. Si ergo non satagis introducere eum ad intima tua, quomodo te credam posse sequi eum ad sublimia sua? Et notandum quod sublimitas diuinarum reuelationum, manifest

festu
vos s
meo,
pende
bibire
bū ma
traici
tradu
dio &
gere?
ditate
piscu
tantur
mana
ration
& simp
Ego o
mus e
minus
asserio
lad per
defuisse
& sic e
quantu
te est in
g inter
benter
Dicitur
rum ch
miliare
templa
tem pri
animi a
omnia
suis cor
mentis
vocare
me coo
donū q
ex mag
habem

festum est diuinæ dilectionis indicium. Iam non dicam, inquit, vos seruos, sed amicos: quia omnia quæcunque audiui à Patre meo, nota feci vobis. Ioã. 15. Ex magnitudine diuinæ dilectionis pendet modus diuinæ reuelationis: Comedite, inquit, amici, & bibite, & inebriamini charissimi. Can. 5. Qui comedunt dum cibum masticant, non sine mora vel qualicūq; labore quo delectantur, trahuntur. Qui bibunt cum velocitate vel facilitate, quod sitiunt traducunt. Nihil quod non videntur tibi comedere qui cum multo studio & longa meditatione vix possunt ad veritatis delicias pertinere: Bibunt qui ex diuinis reuelationibus cum facilitate & iocunditate hauriunt quod de intima suavitate veritatis ardenter concupiscunt. ¶ Itē notandū, quod ea quæ circa unitatē diuinitatis considerantur quæ ad quintū genus cōtemplationis pertinent, sunt humana intelligētia modum excedentia: nihilominus tamen sunt rationi cōsentanea. Credimus diuinā essentiā esse summē vnā & simplicissimā. Credimus etiam eam esse omne bonū. Exod. 33. Ego ostendam omne bonū tibi, ait dominus Moysi. Item credimus eā esse immensam, licet simplicissimā. Magnus, inquit, dominus, & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non est finis. His assertionibus ratio humana facile acquiescit. Bonum enim illud perfectū & omnino sufficiens non esset, si in eo aliquid boni defuisset. ¶ Item si compositum esset naturaliter, diuidi posset: & sic esset cōmutabile, & non esset optimum. Simplicissimū est quantum ad essentiā, multiplicissimū quantum ad efficaciam. Virtute est immensus, essentia est summæ simpliciter. Itē notandū, quod inter spectacula triū vltimarū cōtemplationū debemus libenter discurrere, si volumus diuinam reuelationem nobis fieri. Dictum est enim Moysi. Exo. 25. De loco qui erat in medio duorum cherubin, inde loquar ad te. ¶ Item notandū, quod quāuis familiare sit & quasi proprium videatur duobus nouissimis cōtemplationē generibus per mētis excessum videre, quatuor autem primis quasi domesticum & penē velut singulare sine vlla animi alienatione in cōtemplationē assurgere, possunt tamen omnia atq; solent modo vtroq; contingere. Horum autē qui in suis cōtemplationibus supra semetipsos ducuntur, & vsque ad mentis excessum rapiuntur, alij hoc expectant & accipiunt ex sola vocatē gratia, alij verò vt hoc possint sibi cōparāt, cum gratia tamē cooperatione ex magna animi industria. Et illi quidem hoc donū quasi fortuitū habent: isti verò iā ex virtute possident, qui ex magna iā parte illud possunt cum volunt. Vnius rei figuram habemus in Moyse: alterius autē in Aaron. Quod enim Moyse

in monte per nubem arcam videre meruit, sola reuelantis domini gratia fuit. Aaron autem iam ex magna parte in potestate habebat quoties idipsum ordo vel ratio poscebat, in sancta sanctorum intrare, & intra ipsum velum arcam demini videre. ¶ Item notandum quod tribus modis in gratiam contemplationis proficimus. Aliquando ex sola gratia, aliquando ex adiuncta industria, aliquando ex aliena doctrina. ¶ Item tribus modis videtur contemplationis qualitas variari. Modo enim agitur mentis dilatatione, modo mentis subleuatione, aliquando mentis alienatione. ¶ Mentis dilatatio est, quando animi acies latius expanditur & vehementius acuitur, modum tamen humanæ industriæ non supergreditur. ¶ Mentis subleuatio est, quando intelligentiæ viuacitas diuinitus irradiata, humanæ industriæ metas transcendit, nec tamen in mentis alienationem transit, ita ut supra se sit quod videat, & tamen ab assuetis penitus non recedat. ¶ Mentis alienatio est, quando præsentium memoria menti excidit, & in peregrinum quendam & humanæ industriæ iniuriam animi statum diuinæ operationis transfiguratione transit. ¶ Hos tres contemplationis modo experiuntur qui vsque ad summam humanæ gratiæ arcæ sublimari merentur. Primus surgit ex industria humana. Tertius, ex sola gratia diuina. Medius autem ex veriusque permixtione, humanæ scilicet industriæ & gratiæ diuinæ. De primo legitur: Leua in circuitu oculos tuos, & vide, Esa. 60. De secundo, Ego dixi in excessu meo. ¶ Ille motus qui fit mentis dilatatione, tribus solet gradibus excrecere: arte, exercitatione, attentione. Artem nobis ad aliquid veraciter comparamus, quando quomodo aliquid agendum sit veraci traditione seu sagaci investigatione addiscimus. ¶ Exercitatio est, quando id quod arte percipimus, in usum adducimus, & in eiusmodi officij executionem nos ipsos promptos & expeditos efficitur. Attentione est, quando studio quod exequimur, summa diligentia insistimus. Itē ille contemplationis modus qui in mentis subleuatione accidit tribus gradibus excrecit. Intelligentia namque humana diuinitus inspirata, & in illo cælesti lumine irradiata aliquando subleuatur supra scientiā, aliquando etiam supra industriā, aliquando autem supra naturā. Supra scientiā, quando aliquis tale aliquid ex diuina reuelatione cognoscit, quod modum propriæ scientiæ vel intelligentiæ excedit. Supra industriā, quando ad illud humana intelligentia diuinitus illuminatur, ad quod nulla sua sufficit scientia, nec illa quam interim habet, nec sua vlla industria comparare valet.

let. Supra naturam, quando humana intelligentia diuina inspiratione afflata non cuiuscunque hominis, sed generaliter totius humanæ naturæ modum industriaque meras trāsgreditur. Omne genus prophetiæ sine mentis alienatione videtur ad hunc tertium subleuationis gradum pertinere. Nonne supra humanā naturam est, videre de præteritis quod iam nō est? videre de futuris quod nōdum est? videre de præsentibus quod sensibus absens est? videre de alieni cordis secretis quod nullo sensui subiectum est? Tribus de causis in mētis alienationē abducimur. Nā modo præ magnitudine deuotionis, modo præ magnitudine admirationis, modo præ magnitudine exultationis fit, vt semetipsam mens omnino non capiat, & supra semetipsam eleuata in alienationē transeat. Magnitudine deuotionis, quādo tāto celestis desiderij igne succenditur, vt amoris intimi flāma vltra humanum modum excrescat, quæ animam humanā ad ceræ similitudinē liquefactā ad pristinos status resoluat, & ad instar fumi attenuatam in superna eleuet, & ad summa emittat. Magnitudine admirationis, quādo diuino lumine irradiata, & summe pulchritudinis admiratione suspensa, tam vehemētī stupore cōcutitur, vt à suo statu funditus excutiat, & in modū fulguris coalescantis, quāto profundius per despectum sui inuisę pulchritudinis respectu in ima deiicitur, tanto sublimius, tanto celerius per summorum desideriorū stuporem reuersata, & super semetipsam rapta in sublimia eleuetur. Magnitudine exultationis, quando intima illa interna suauitatis abundantia potata, imō plenē inebriata, quid sit, quid fuerit, penitus obliuiscitur, & in super mūdanum quendam affectū sub quodam miræ felicitatis statu raptim transformatur. Hi tres modi excessionis in canticis describuntur. Primus, quū dicitur, Quæ est ista, quæ ascendit per desertum sicut virgula fumi, & ex aromatibus myrrhæ & thuris, & vniuersi pulueris pigmentarij? Cant. 3. Secundus ibi, Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra vt luna, electa vt sol? Cant. 6. Tertius ibi, Quæ est ista quæ ascendit de deserto, deliciis affluens, innixa super dilectum suū? Can. 8. ¶ Circa primū notandum, quod per fumum intelligimus deuotę mētis desiderij, qui fumus ab igne spiritualis amoris surgit. Virgula gracilis & recta, est tuum desiderium anxium & ynicum, surgens ex intentione recta. Per myrrham intelligas carnis contritionem. Per thus, cordis deuotionem. ¶ Per vniuersum puluerem pigmentariū, omnium virtutum consummationem. Nunc anima sancta veraciter quasi fumus & per desertum ascendit,

quando ex his in semetipsa inuenit, siue bonis siue malis, affectum suum in caelestis sponsi desiderium accendit. ¶ Circa secundum notandum, quod mens velut aurora cōsurgit, quae ex visionis admiratione paulatim ad incrementa cognitionis proficit. Aurora paulatim eleuatur, eleuando dilatatur, dilatando clarificatur. Sed miro modo, dum tandem in diem desinit per promotionis suae incrementa ad defectum venit: & vnde accipit vt maior sit, inde ei accedit vt omnino nō sit. Sic humana intelligentia diuino lumine irradiata, dum intellectibilium cōtemplatione suspenditur, dum in eorum admiratione distēditur, quanto ad altiora vel mirabilia ducit, tātō amplius dilatatur: & vnde infimis remotior, in semetipsa durior, & ad sublimia subtilior inuenitur. Sed in hac subleuatione dum mens humana semper ad altiora crescit, dum diu crescendo tandē aliquando humanae capacitatis metas transcendit, fit demum vt à semetipsa penitus deficiat, & in supermundanum quendam transformata affectū, tota supra semetipsam eat. Et sicut matutina lux crescēdo desinit, nō quidem esse lux, sed esse lux matutinā, vt ipsa aurora iā non sit aurora: ita humana intelligentia ex dilatationis suae magnitudine quādoque accipit vt ipsa iā non sit ipsa: nō quidem vt non sit intelligentia, sed vt iam non sit humana. Et sicut primus excessionis modus ex deuotione surgit, sic iste in deuotionem desinit. Ibi ex nimio veritatis desiderio ad veritatis cōtemplationem assurgitur, hic ex veritatis reuelatione eiusque cōtemplatione ad deuotionem animus inflammatur. Quod forte innuitur, quū dicitur: Pulchra vt luna, electa vt sol. Aurora & luna lucem habent, sed colorē non habent, sol autē vtroque præpollet. quid sole lucidius? quid sole feruentius? Videris ergo quod illa mentis ascensio quae hoc loco designatur: cuius extrema soli comparantur, nō in qualemcunque, sed in summam deuotionē quādoque desinat, quāuis à sola claritate veritatisque illuminatione incipiat. Et notandum, quod ille diuinæ reuelationis splendor quādoque præueniēti meditationi occurrit, quādoque ipsam humanā præmeditationē præuenit & modo quærentem adiuuat, modo torpentē excitat. Hinc est, quod regina Austri regē Salomonem quæstionibus pulsat. 3. Reg. 10. Hinc est, quod vincitum Petrum angelus cum luce visitans, à corporis sui somno excutit & educit. Act. 12. Quae est ista regina Austri, & illius calidæ regionis inhabitatrix & domina, & videndi Salomonis desiderio succensa, nisi anima sancta sensibus & appetitibus carnis, cogitationibus & affectibus mentis fortiter præsidēs, & summi regis veritatisque prorsus

Salom

Salome
gina Sa
autem
cōtēpla
tionē.
natione
manus
natione
vsque p
deuotio
causa ex
intimis
nō capit
metipsa
percipit
piscis d
tam cor
sumat, v
ferro as
Quid es
promou
& tota
zitus cō
ret. Illi d
lumine i
lecti sui
bē contr
rantia m
tum sub
adiuari
tationib
norū ben
care, & ex
tam grat
spiritual
Dum ita
cōfession
quam qu
cordis ne
est, quod Eli
set spirit

Salomonis dilectione feruens, videlicet desiderio ardens? Regina Saba prius quaerit & audit, postea videt & intelligit, tandem autem obstupescit & deficit. Primum est, meditationis. Secundum contemplationis. Tertium, extasis. Meditatione assurgitur in contemplationem, contemplatione in admirationem, admiratione in mentis alienationem. ¶ Circa tertium notandum, quod quasi de deserto humanus animus ascendit, quando supra semetipsum mentis alienatione transit, quando semetipsum in imo deserens, & ad celum usque pertransiens, solis diuinis se totum per contemplationem & deuotionem emergit. Deliciarum affluentia ascensionis tunc causa existit, quando ex illa diuinæ dulcedinis infusione quam in intimis sentit seipsam anima sancta præ gaudio & exultatione non capit, in tantum ut exultationis suæ magnitudo eam extra semetipsum effundat. Huius rei formam in animalibus possumus percipere. Solent namque in suis lusibus saltus quosdam dare. Sic pisces dum in aquis ludunt, supra aquas exiliunt. Nemo autem tantam cordis exultationem vel subleuationem de suis viribus præsumat, vel suis meritis ascribat. Vnde & illa anima quæ de deserto ascendere sic describitur, dilecto suo innixa perhibetur. Quid est dilecto inniti, nisi virtute illius & non propriis viribus promoueri? Deducit eam dilectus per desertum in nube diei, & tota nocte in illuminatione ignis. Non haberet quomodo vitus concupiscentiæ reperaret sibi, nisi virtus Altissimi obumbraret. Illi deesset vnde tenebras ignorantiae suæ illuminaret, nisi in lumine illius videret lumem. Accipit itaque dilecta ex munere dilecti sui duo remedia contra duo principalia mala: refrigerij nubem contra concupiscentiam carnis, & reuelationis lucem contra ignorantiam mentis. Qui ad hanc gratiam profecit, cum eam sibi ultra sollicitum subtrahi iam sentit, est quod facere debeat vnde ad eam reparandam adiuuari valeat. Debet animus qui huiusmodi est propriis meditationibus cordis in se exultationem reparare, & impensa sibi diuinorum beneficiorum munera ante recordationis suæ oculos reuocare, & ex eiusmodi recordatione seipsum ad profundam & deuotam gratiarum actionem instigare, & tandem aliquando internum illud spiritualis harmonie organum ex affectu in diuinas laudes laxare. Dum itaque eiusmodi studiis intima cordis affectio in diuinæ confessionis magnificentiam plena deuotione resoluitur: quid aliud quam quoddam (ut ita dicam) spiraculum aperitur, per quod in illud cordis nostri vasculum diuinæ suauitatis abundantia infundatur? Hinc est, quod Eliseus propheta verbum domini requisitus cum se praesensisset spiritum prophetiae eius temporis non habere, fecit psalter ad

duci, quo presente atque psallente statim spiritum propheticum hausit, & quod suum in verba prophetiae relaxauit. 4. Reg. 3. Quid est autem psalter adducere, nisi prouida meditatione exultationem cordis reparare, & ex diuinorum beneficiorum vel promissorum recordatione cordis deuotionem excitare? Tunc psalter psallere facimus, quando ex magno cordis tripudio in diuina praeconia iubilamus, & in gratiarum actione assurgentes, ex intimis visceribus in diuinas laudes cum magno cordis clamore roboramus. Haec itaque agentes, quod aliud quam viam sternimus per quam venientem visitantemque nos dominum excipiamus? Sacrificium, inquit, laudis honorabit me, & illi iter quo ostendam illi salutare Dei. Ad eiusmodi psalteris vocem spiritualis animus medullitus tangitur, & irruente in eo spiritu spiritualiter afficitur. Et dum ad diuinam inspirationem intellectualis sensus aperitur, quodammodo in eo gratia reparatur. Solet dulcis harmonia cor exhilarare, & ei gaudia sua ad memoriam reuocare, & quo amor vehementius animum afficit, eo profundius audita harmonia affectum tangit: & quo profundius per affectionem tangitur, tanto efficacius ad sua desideria renouatur. Quid igitur aliud de prophetico viro sentire oportet, nisi quod exterior harmonia spiritualis harmoniam ei ad memoriam reduxit, & audita melodia audientis animum ad assueta gaudia reuocauit atque leuauit? Dicitur est, quibus de causis mentis alienatio accidere solet: nunc illud adhibendum videtur, quibus gradibus ascendat. Ascendit autem aliquando supra sensum corporalem: aliquando etiam supra imaginationem, aliquando verum supra rationem. Quis duos primos ascensus negare audeat, cum illum qui supra rationem est, Apostolica autoritas conuincat? Scio, inquit, hominem siue in corpore, siue extra corpus: in scio, Deus scit, raptum usque ad tertium caelum. 2. ad Cor. 12. Ecce quia humanam rationem mentis alienatione transierat, quid circa se ageretur discernere nequibat. Ista quae praecedunt, extracta sunt ex libro Richardi de contemplatione. Tres discipuli in Christi transfiguratione ceciderunt in facie sua. Mat. 17. quia sensus imaginatio & ratio in Dei contemplatione deficiunt. Pau. etiam lucis circumfulgentia excecatur. Act. 9. Corpus etiam debilitatur. Ezech. 2. Vidi, & cecidi in facie mea. Greg. in quam miseriam cecidimus, qui ipsum bonum ferre non possumus, ad quod creati sumus. Dan. 10. Vidi diuisionem hanc grandem, & non remansit in me fortitudo.

De duodecim quae preparant hominem ad diuinorum contemplationem: de octo gradibus secundum Ber. quibus viri contemplatiui ascendunt Item de septem gradibus secundum Augu. & de diuersis speciebus visionum.

PARS X.

In

IN summa notandū est, quōd xii. videntur esse quæ hominē
 preparant ad diuinorum contemplationem. ¶ Primum est,
 exercitatio in operibus Actiuæ. Nō quā citō peccator Deo re-
 conciliatur, dignus est videre eius faciem. Absalon mansit duo-
 bus anni in Ierusalē, & faciem regis non vidit. 2. Reg. 14. ¶ Se-
 cundum est puritas. Aaron non intrabat in sancta sanctorū, nisi
 prius lotus. Leuit. 16. Matth. 5. Beati mundo corde, quoniam ipsi
 Deum videbunt. Bern. ad fratres de Monte Dei: Hoc ineffabile,
 quum nō nisi ineffabiliter videatur, qui vult videre, cor mūder:
 quia nulla similitudine corporis dormiēti, nulla corporea specie
 viglanti, nulla indagine rationis, nisi mundo corde humiliter
 amantis videri potest vel apprehendi. ¶ Tertium est, solitudo.
 Osee 2. Adducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius.
 & Gen. 32. Legitur de Iacob, quōd remansit solus: Et ecce vir lu-
 ctabatur cum eo vsque mane. Apparuit dominus Moy si in inte-
 rioribus deserti, Exod. 3. Bern. O anima, sola esto, vt illi te so-
 lam serues quem ex omnibus elegisti. Item Ber. Dei filius vere-
 cundus amator est, & non vult sponsæ suæ secreta reuelare in
 publico. Quæ anima sit sponsa Christi, ostendit Ber. super Can-
 nis verbis: Animam quam videris relictis omnibus, verbo votis
 omnibus adhærere, verbo viuere, verbo se regere, de verbo con-
 cipere, puta coniugem. Attende in spiritali matrimonio duo
 esse genera pariēdi, & ex hoc etiam diuersas soboles, sed etiam
 non aduersas, quum sanctæ matres aut prædicando animas, aut
 meditando intelligentias pariunt spirituales. In hoc vltimo ge-
 nere exceditur, & seceditur etiam à corporalibus sensibus, vt
 sese non sentiat quæ verbum sentit. Hoc sic cū mens ineffabili
 verbi illecta dulcedine quodammodo se sibi furatur, imō rapi-
 tur atq; illabitur à seipsa, vt verbo fruatur: aliter sanè afficitur
 mē fructificans verbo, & fruens verbo. Illic sollicitat necessitas
 proximi, hic immutat suauitas verbi. Et quidem læta in prole
 mater, sed amplexibus sponsa lætior. Chara pignora filiorum,
 sed oscula plus delectant. Pergat quis forsità querere à me ver-
 bo frui quid sit. Respondeo, Quærat potius expertum à quo id
 querat: aut si & mihi dateretur experiri, putas me posse eloqui
 quod ineffabile est? Audi expertum: Siue, inquit, excedimus mē-
 te Deo, siue sobrij sumus vobis, hoc est, aliud mihi credo, solo
 arbitro Deo, aliud vobis committo. Bonum est saluare multos:
 excedere autem & in verbo esse multo iucūdius, aut quādo hoc
 aut quādiu hoc dulce commercium, sed breue momentum &
 experimentum rarum. ¶ Quartum est, desolatio. Deuteron. 8.

Affixit te penuria, & dedit tibi cibum manna. Iacob timebat multum Esau, quando vidit visionem illam, pro qua dixit. Vidi Dominum facie ad faciem. Genes. 32. Et Stephanus in tribulatione positus vidit gloriam Dei. Act. 7. Et Ioannes in exilium relegatus à Domitiano, vidit visiones quæ in Apo. scriptæ sunt. Greg. super illud Gen. 32. Vidi Dominum facie ad faciem. Prius exurente tristitia caligo detergitur, & sic resplendente rapim in circumscripto lumine mēs illustratur, quo in gaudio cuiusdam securitatis absorbetur, & quasi post defectum præsentis vitæ ultra se rapta in quadam nouitate recreatur. Ibi mens ex immenso fonte visionis superno rore aspergitur: ibi non se sufficere ad illud quod rapta est contemplatur, & veritatem sentiēdo videt: quia quanta est ipsa veritas nō videt, cui tanto se longe esse estimat, quāto appropinquat: quia nisi illam vtrunque conspiceret, non eam conspiceret se non posse sentire. ¶ Quintum est, silentium. Maria tacet Luc. 7. Phariseo eam cōtemnente. Item eiusd. 10. Martha petente eam sibi dari. Et Matt. 26. quum discipuli essent ei molesti pro effusione vnguenti. Ad contemplatiuam pertinet audire verbum internum, quod in taciturnitate magna vult audiri. Dauid: Audiā quid in me loquatur Dominus Deus. Eccl. 22. Audi tacens. In eodem: Vbi non est auditus, non effundas sermonem. Thren. 3. dicitur de taciturnitate & solitudine: Sedebit solitarius: & tacebit. Ibidem: Bonum est præstolari cum silentio salutare Dei. Etiam si quis Mariā alloquitur, silenter debet loqui. Ioan. 11. Martha vocauit Mariam silentio, Magister adest &c. ¶ Sextum est, gratiarum actio & vox laudis. In Pla. Sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter quo ostendam illi salutare Dei. ¶ Sex alia tanguntur Genes. 8. quorum primum est humilitas, que tangitur in hoc, quod dominus dicitur apparuisse Abrahæ in conualle Mambre. Interl. Apparet Deus humilibus. Mambre interpretatur, claritudo, vel perspicuitas. ¶ Conuallis Mambre est duplex humilitas: cordis scilicet, & corporis, in qua clarius Deus videtur. Bernard. Superbo oculo Deus nō videtur, sincero patet. Idem: Quisquis curiosus est scire quid sit hoc verbo frui: para illi non aurem, sed mentem: non docet hoc lingua, docet gratia: absconditur hoc à sapientibus & prudentibus, & reuelatur paruulis. Magna, fratres, magna & sublimis virtus humilitas quæ promeretur quod non docetur, & digna adipsi quod non valet addisci: digna à verbo & de verbo concipere, quod suis ipsa verbis explicare non potest. Locus Mariæ erat ad pedes Christi. Lucæ 7. Stans retro secus pedes &c. Eiusdem 10.

Quæ se
eius. Et
des eius
innuitur
de ipsa
cundum
bit solit
Vidit ta
miens in
seculi a
somo in
Sapient
¶ Terriu
tabernac
qui mori
tante eu
sentis se
qui cum
mit, quæ
do quasi
lamine s
iterum d
intimo a
nerium
claudica
stum cor
duobus
lum ten
sarius re
lus amor
tangitur
intra in
quorum
lo interp
ras, qual
An verò
non dare
Sapient
mōstrab
de super
stus, in

Quæ

Quæ sedens secus pedes &c. Io. 11. Videns eum, cecidit ad pedes eius. Eiusdem 12. Vixit pedes Iesu. Et Io. 20. Voluit tangere pedes eius, sed non est permessa. Noli, inquit, me tangere. gloss. Hic inuicitur quod pedes eius amplecti voluit. Item Mat. vlt. dicitur, de ipsa & socia eius. Accesserunt & tenuerunt pedes eius. ¶ Secundum est quies, quod tangitur ibi, Sedenti &c. Thren. 3. Sedebit solitarius &c. Ioan. 11. Maria autem domi sedebat. Genes. 28. Vidit Iacob in somnis scalam. Hanc visionem videt Iacob dormiens in itinere. Augustinus: In itinere dormire, est in via huius seculi ab impedimento secularium actionum quiescere. De somno isto legitur Cantic. 5. Ego dormio, & cor meum vigilat. Sapientia 8. Intrans in domum meam conquiescam cum illa. ¶ Tertium tangitur eum dicitur, In ostio tabernaculi. ¶ Ostium tabernaculi, est exitus de corpore isto. In ostio tabernaculi sedent qui mortem habent in desiderio & vitam in patientia. Iacob luctante cum angelo neruus emarcuit. Genes. 32. Amor enim presentis seculi deficere debet in viris contemplatiuis. Greg. Iacob qui cum angelo contendit, contemplatiui viri animam exprimit, quæ cum Deum contemplari nititur, velut in cerramine modo quasi superat: quia intelligendo & sentiendo de incircumscriptoramine aliquid gustat, modo vero succumbit, quia degustando iterum deficit. Quasi ergo vincitur Angelus, quando intellectu intimo apprehenditur Deus. Sed notandum quod idem victus neruum tetigit, & marefcere fecit, & extunc Iacob vno pede claudicauit: quia omnipotens Deus, cum per desiderium & intellectum cognoscitur, voluptatem carnis arefacit: & qui prius quasi duobus pedibus nitentes & Deum videbamur quærere, & seculam tenere, post agnitionem suauitatis Dei, vnus in nobis pes sanus remanet, alter claudicat: quia debilitato amore seculi, solus amor Dei conualefcit. ¶ Quartum est, seruo charitatis quod tangitur ibi: In seruo diei, Aaron cum igne & thymiamate intrat in sancta sanctorum. Leuitic. 16. August. in libro Soliloquiorum: Sapientiam castissimo conspectu atque complexu nullo interposito velamento, quasi nudam videre ac tenere desideras, qualem se illa non sinit, nisi paucis & electis amatoribus suis. An vero si alicuius pulchre femine amore flagrares, iure se tibi non daret, si aliud a te quisquam præter se amari comperisset? Sapientia castissima pulchritudo, se tibi, si in solam arseris, demonstrabit. ¶ Quintum est, cordis eleuatio, quæ est meditando de supernis, quod tangitur ibi, Cumque eleuasset oculos Christus, in monte transfiguratur. Matthæi 17. & Marc. & Lucæ 6.

Num

Numer. 13. Cùm veneritis ad montes, considerate terram qualis sit. Eiusdem 27. Ascende in montem istum Abarim, & contemplantur terram quam daturus sum filiis Israel. Deuterono. 3. Ascende cacumen Phasge &c. In Psal. Memor fui Dei, & delectatus sum. Sapien. 6. Cogitare de illa sensus est consummatus. Loquitur de sapientia increata. ¶ Sextum est, oratio, quod tangitur ibi, Ne transeas seruum tuum. Iesu orante, apertum est cælum. Luc. 3. Item: Eodem orante, facies eius facta est altera. Luc. 9. Oratione dilectus est aduocandus, tenendus & reuocandus. Ber. super Cant. Dicamus verbum Dei Deum sponsum animæ, & venire ad animam, & iterum dimittere eam tantum vt sensu animæ non verbi motu ista fieri sentiamus. Verbi gratia: Cùm sentit gratiam, agnoscit præsentiam: cum non absentiam quærit, & rursus præsentiam quærit. Verbo abeunte, vna interiori & continua animæ vox, continuum desiderium eius. Ideò subtrahit se vt auidius reuocaretur, teneretur fortius. Præteritis teneri vult, abiens reuocari. O modicum, non modicum, o modicum longum. Pie Domine, modicum dicis, quod nō videmus te. Saluum sit verbum Domini mei, longum est multum valde nimis. Veruntamen vtrunque verum & modicum meritis, & non modicum votis. Quomodo non tardabit, si moram fecerit, nisi quo ad meritum? Plusquam satis est, non est tamen satis ad desiderium. Prodat sanè vt profum: & si profeceritis, vos, meā insipientiā consolabor. Fateor & mihi aduentasse verbū in insipientiā: dico pluries, & interdū potui sentire. Introitum ego sentire nunquā, sed ne exitū quidē. An fortè nec introiit, nec de foris venit, porro nec de intra me venit, quoniā bonū est, & scio quia non est in me bonū: ad Rom. 7. Si aspexi foras, exterius competi illud esse. Si intus, etiā ipsum interius erat. Et cognoui verū esse quod legerā: quia in ipso viuimus, mouemur, & sumus. Act. 17. Taneū ex motu cordis intellexi præsentiam eius. Cæpit enim enelere & destruere, ædificare, & plātare, rigare arida, tenebrosa illuminare, clausa reserare, frigida inflāmāre, & hoc mihi signum ascensionis eius. Tristis necesse sit anima mea, donec iterū reuertatur, & recalescat cor meū. Diuina bonitas lumē suū secundum beneplacitū suū vitis contemplatiuis ostēdit. Iob 36. In manibus abscondit lucem, & præcepit ei vt rursus adueniat. Annūtiat de eā amico suo quòd possessio eius sit, & ad eā possit ascendere. Ascensus contemplatiuum Dei virtute fit. Eius. 39. Nūquid ad præceptū tuū eleuabitur aquila: gl. Hoc locò nomine aquila: subtilis sanctorum intelligētia, & subtilis eorum contēplatio figuratur

ratur. Aquila enim acutè videt, & altè volat. In Ps. Super excel-
sa statuit me. Esa. 58. Sustollam te super altitudinem nubium, &
cibabo te hereditate Iacob patris tui. Deus dux & doctor est
contemplantium. Prou. 30. Tria sunt mihi difficilia, & quartum
penitus ignoro. Viã aquilæ in celo. Quæ dicta sunt preparatiua
ad diuinorum contemplationem, tangit Bernar. his verbis: Quæ
oculos mèris emūdant, vt ad lumen verū subleuari possint, hæc
sunt: secularis curæ abscissio, carnis afflictio, cordis cōtritio, fre-
quēs & pura delicti cōfessio, & lacrum fletus. Et cum foris missa
fuerit omnis immunditia, sursum eos atollunt meditatio ad-
mirabilis essentia Dei, & casta veritatis inspectio, oratio munda
& valida, iubilus laudis & desiderium ardens in Deum.

*De octo gradibus secundum Bernardum, quibus viri
contemplatiui ascendunt.*

Item Bernar. distinguit vii. gradus, quibus viri cōtempla-
tiui ascendunt, loquens fratribus de monte Dei. ¶ Primus est,
perfecta obedientia. ¶ Secundus est, corpus suum in seruitutem
redigere. ¶ Tertius est, vsu boni consuetudinem vertisse in di-
lectionem. ¶ Quartus est, intelligere quæ in doctrina fidei appo-
nuntur ei. ¶ Quintus est, talia præparare, qualia apponuntur.
¶ Sextus est, cum in affectum mentis transit iudicium rationis.
¶ Septimus est, reuelata facie speculari gloriã Dei. ¶ Octauus
est transformari à claritate in claritatem, quasi à Domini spiritu.

De septem gradibus secundum August.

Augustinus verò vii. gradus tangit in li. de Quatitate ani-
mæ, in quorum ultimo ponit contemplationem. ¶ Ad primum
gradū pertinent operationes homini cum arbutis cōmunes, vt
quod anima præsentia sua corpus viuificat, colligit in vnū, & in
vno tenet, defluere & contabescere non sinit, alimēta per mem-
bra distribuit cōgruentiam corporis & modū seruat, & nō tan-
tum in pulchritudine, sed etiam in crescendo & gignēdo. ¶ Ad se-
cundum gradū pertinent operationes cōmunes homini & bru-
tis, vt sentire & moueri. ¶ Ad tertiu gradū pertinet operationes
proprie hominis, cōmunes tamē bonis & malis, vt agros colere,
urbes construere, & loqui futura ex præsentibus conuicere. ¶ In
quarto gradu omnis bonitas incipit, & omnis vera laudatio, ad
hunc gradū pertinent opera virtutū. In hoc gradu anima se non
solū suo corpori, sed etiã vniuerso corpori audet præponere, &
bona eius sua non putare, atque potentia pulchritudiniq; sue
comparata cōtemnere, & à sordidis se abstrahit, totamq; ema-
nulat, & hæc pertinere videntur ad virtutem temperantia. Item
robo

roborat se aduersus omnia quæ à proposito & sententiâ mouere molitur: hoc ad fortitudinē. Item societate humanam magnipedit: nihil vult alteri quod sibi nolit accidere, hoc est ad iustitiam. Sequitur auctoritate & præcepta sapientium, & per hoc sibi loqui Deum credit, hoc ad prudentiam. In hoc præclaro actu animæ inest adhuc labor, & contra huius mundi molestias atque blanditias magnus conflictus. ¶ Ad quintum gradum pertinet ut anima ab omni labe libera maculisque tota in hoc statu se teneat. Aliud enim est efficere, aliud tenere puritatem, ut ait Aug. alia proflus actio que se inquinata reintegrat, & alia quæ non patitur rursus inquinari. Tunc ingenti quadam & incredibili fiducia pergit in Deum, id est in ipsam contemplationem veritatis, & illud propter quod tantum laboratum est altissimum & secretissimum præmiū. ¶ Sextus ergo erit iste actionis gradus. Aliud enim est mundari ipsum oculos animæ, ne frustra & temere aspiciat, aliud ipsum custodire & firmare sanitatem, aliud iam serenū atque rectū aspectū in illud quod est videndum dirigere. Quod qui prius volunt facere, quam mundari & sanari fuerint luce reuerberatur veritas. ¶ Septimus & vltimus animæ gradus, est visio & contemplatio veritatis: neque est iam gradus, sed quedam mansio. Primus actus dicatur animatio. Secundus, sensus. Tertius, ars. Quartus, virtus. Quintus tranquillitas. Sextus, ingressio. Septimus, cōtemplatio. ¶ Et notandum quod ad Dei contemplationem non admittitur homo nisi innovatus, unde de ascensu cōtemplationis verum est illud Ioan. 3. Nemo ascendit in cælum nisi qui de cælo descendit. Unde tunc locutus est Apost. 2. Cor. 12. Scio, inquit, hominem in Christo &c. raptum huiusmodi usque ad tertium cælum. Non raptus fuisset, nisi in Christo, id est, in Christi conformitate fuisset.

De triplici specie visionis.

Et distinguuntur ibi in quatuor species visionis, scilicet corporalis, imaginaria, & intellectualis. Corporalis est, cum quedam corporaliter videntur Dei munere, quæ alij videre nequeunt, ut Balthasar vidit manū scribentē in pariete. Dan. 5. Imaginaria est, quando aliquis in extasi vel in somno videt non corpora, sed imagines rerū Dei reuelatione, ut Petrus vidit discipulū. Act. 10. Visus intellectualis est, quando nec corpora, nec imagines eorum videntur, sed in corporeis substantiis intuitus mentis mira Dei potentia figurantur. Talis fuit visio Pauli. Et videtur secundum Aug. quod ipse viderit Deū facie ad faciem. Aug. Cur non credamus quod tanto Apostolo doctore gentium raptus usque ad excellentissimam visionem, voluit Deus demonstrare vitam in qua post hanc videndus est in æternum: Et

secund

secundum hoc illud Exo. 33. Nō videbit me homo, & viuet: expo-
 nendum erit de homine humano modo viuente, secundū illud
 Aug. in lib. de Trinit. Videri, inquit, diuinitas humano visu nullo
 modo potest, sed eo visu videtur quō iam qui vident, nō homi-
 nes, sed vltra homines sunt. Et super Exo. 33. dicit gl. Gre. in hac
 carne viuentibus inestimabili virtute crescentibus contem-
 plationis acumine, potest aeterna Dei claritas videri: nō tamē vide-
 bit homo, & viuet: quia qui sapiētia quę Deus est, videt, huic vi-
 tæ funditus moritur, vt Dei amore teneatur: qui raptus est, sen-
 su non vititur. Vnde narrat Aug. de quodā sacerdote, qui quando
 audiebat aliquod delectabile, præ gaudio statim quasi mortuus
 erat, & appositū ignē corpori nō sentiebat. Itē Ber. ad fratres de
 Monte Dei, loquens de verbo illo Iob 36. Abscōdi lucē in mani-
 bus, videtur dicere q̄ Deus in contēplatione videatur sicut ipse
 est. Electo, inquit, & dilecto Dei vicissim lumē vultus Dei osten-
 ditur, sicut lumen clausum in manibus, patet & latet ad arbitriū
 tenētis, vt per hoc q̄ quasi in trāscurfu, vel in pūcto videre per-
 mittitur, inardescat animus ad plenā possessionē luminis aeterni,
 & hereditatem plenæ visionis Dei. Cui vt innotescat aliquate-
 nus id quod ei deest, nōnunquam quasi pertransiens gratia per-
 stringit sensum amāris, & eripit eū sibi, & rapit in diem qui est
 a multitudine rerū ad gaudia caelestia, & pro modulo suo ad mo-
 mentū & punctū id ipsum ostendēs ei videndū sicuti est. Interim
 etiā ipsum efficit in id ipsum, vt sit suo modo sicuti illud est: vbi
 cum didicerit quid sit inter mundū & immūdum, redditur sibi,
 & remittitur ad mundandū cor ad visionem, ad aptandū animā
 ad similitudinē, vt si aliquādo rursus admittatur, sit purior ad
 videndū, & stabilior ad fruendum. Nunquam enim melius de-
 prehendit modus humana imperfectionis, quā in lumine vul-
 tus Dei, in speculo diuine visionis. Idem in eadem epistola: Deus
 semper queritur, vt dulcius inueniatur: dulcissimē inuenitur, vt
 diligentius queratur. Hoc ergo ineffabile cum non nisi ineffabi-
 liter videatur, qui vult videre, cor mundet, & subditur: Hæc est
 facies Dei quam nemo potest videre, & viuere mundo. Item
 August. in lib. Soliloquior. Quando fueris talis, vt nihil prorsus
 terrenorum te delectet, mihi crede, eodem momento, eodem
 puncto temporis videbis quod cupis. Quadam ad contempla-
 tionem vtilia, require in tractatu Spei. cap. de rebus sperandis.

De dono intellectus.

PARS XI.

Notandum quōd donū intellectus secundum quosdam, dici-
 tur gratia intelligēdi salubres significationes signorū na-
 S

turalium, vel positiuorū. Ad quod facit quod dicit Dominus discipulis, Matt. 10. quæretibus vt edisseret eis parabolā. Adhuc, inquit, & vos sine intellectu estis: Credebāt mysticū quod erat proprie dictū. Vnde non habebāt noritiā circa mysteria parabolatū. Item eiusdē 15. Cū discipuli ad literā intelligerēt illud quod dominus dixerat eis, Cauete à fermēto Pharisæorū: reprehēdit eos dñs, dicens, Nondum intelligitis, &c. Itē ad idē facit quod legitur Dan. 10. In visione opus intelligētia. Itē in Psal. Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus nō est intellectus. Equus & mulus à foris manent in rebus sensibilibus exteriora solū vidētes, interiora nō agnoscētes. Ad idē facit quod dicit Greg. super illud Job 1. Filij eius faciebāt cōiunia, &c. Intellectus, inquit, in die suo pascit, dū de auditis cor illustrat. Itē super illud Job 1. Vētus vehemēs irruit à regione deserti. Spiritus mentē instruit cōtra hebetudinem intellectu animus hebes est, quo rebus hæret à foris nō ingrediēs, ad significata earum: quā hebetudinē donū intellectus expellit. Vnde dicitur intellectus, quasi interna lectio. Hoc donū nō habuerūt Philosophi, qui visibilia huius mūdi nō acceperūt vt signa, sed quasi materialiter, q̄ arguūtur Sap. 13. Si enim tantū potuerunt scire, vt possent æstimare seculū, quomodo huius dominū facilius nō inuenerūt? Ipsi similes fuerūt pueris qui in libris pulchris & deauratis literarū pulchritudinē mirātur, de his quæ scriptura significat nō curātes. Aug. in lib. de lib. arb. Ad mirator creaturarū, & eis inharēs, nō admirans artificē, similis est hominī qui syllabas decēter ornatās miratur, & in eis adheret relicto sentētiæ principatu. Signa naturalia sunt omnes creatura. Omnes enim nobis loquūtur Dei laudē, & nostrā eruditōnē. Deus enim effudit sapiētiā super omnia opera sua. Ecc. 1. Job 12. Nimirū interroga iumēta, & docebūt te: & volatilia celi, & in dicabūt tibi. Loquere terra, & respōdebit tibi, & narrabūt ea pisces maris. Salomō sapiētiā quæsiuit rā in herbis, quā in arboribus, etiā in animalibus. Disputauit enim ab hyfopo vsque ad cedrū, & de omnibus generibus animalium, per singula proponens parabolā. Et Arist. interrogatus à quo tor & rāta didicisset: Respōdit, A rebus quæ mētiri nō norūt. Aug. in lib. de lib. arb. Quocūq; te veritas, veritas vestigiis quibusdā quæ operibus suis impressit, loquitur tibi, & te in exteriora relabentē ipis exteriorū formis intus reuocat. Sap. 13. A magnitudine speciei & creatura cognoscibiliter potest creator earū videri. ad Rom. 1. Inuisibilia Dei, à creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur. Ad domum intellectus secundum hanc acceptionē pertinet

tinent parabolæ Euâgelicæ, & alia mystica, quæ in scriptura in-
 ueniuntur. Bern. in Serm. loquens de apparitionibus Christi post
 resurrectionem: In spiritu intellectus aperuit eis sensum, ut intelli-
 gerent scripturas. Vnde secundum hoc illud quod dicit Aug. in li.
 de doct. Christ. q. cognitio sacrę scripturę pertinet ad donum sci-
 entię. non est intelligendum vniuersaliter sed solū de illa parte scri-
 pturę, quæ de miseria humana loquitur. Signa positiua sunt: ut
 quę sub veteri lege, vel noua sunt instituta. Ad donum igitur intel-
 lectus pertinet intelligere ea quę creaturę nobis naturaliter si-
 gnificant: quę significatio maximè est ratione similitudinis. Et
 secundum hoc creaturę sunt quasi libri naturales. Sed velut libri
 factitij in quibus per donum intellectus ligimus, quę ad nostram sa-
 lutem pertinet, sūt ut formę ecclesiarum, & situs, & ornatus. Itē ha-
 bitus personarum ecclesiasticarum: & ornatus earum in suis myste-
 riis. De diuersis libris in quibus homo legere debet, require in
 Serm. in epistolarum de verbo illo, Quęcūq; scripta sunt, ad
 nostram doctrinam scripta sunt. ¶ Secundum aliquos verò donum in-
 tellectus dicitur lumen quo inuisibilia cognoscuntur. Ad quod
 videtur facere quod legitur in 5. lib. Ber. de consideratione, vbi
 ipse distinguit inter intellectum, fidem, & opinionem, vnūquodque
 eorum describens. Fides, inquit, est voluntaria quædam & certa præ-
 libatio, nedum propalata veritatis. Intellectus est, rei cuiuscun-
 que inuisibilis certa & manifesta notitia. Opinio est, quasi pro-
 vero habere aliquid quod falsum esse nescias. In eodem: Intelle-
 ctus rationi innicitur fides authoritati, opinio sola verisimilitu-
 dine se tuerit. Idem Aug. in lib. de Veritate credendi: Quod cre-
 dimus, debemus authoritati: quod intelligimus, rationi: quoder-
 ramus, opinioni. Itē Aug. in quodam sermone de Timore: Sextus,
 inquit, gradus est intellectus, vbi ab omni falsitate carnalis vani-
 tatis corda mundantur, ut pura intentio dirigatur in finem: pro-
 pterea & sexto loco dicitur, Beati mundo corde.

De dono sapientię.

P A R S X I I.

Sapientia quādoque largè sumitur, scilicet pro sapida scientia,
 secundum illud Ecc. 6. Sapientia doctrinę secundum nomen eius,
 sapida scientia habet, cui res quas agnoscit sapiunt ut debet: quā-
 do scilicet mala culpę sunt ei amara, bona temporalia vilia, spiri-
 tualia chara. Bern. in Serm. Inuenisti planè sapientiam si prioris
 vite peccata desideas, si huius seculi desiderabilia paruipendas, si
 æternam beatitudinem toto desiderio concupiscas. Inuenisti sapien-
 tiam, si tibi horum singula sapiunt prout sunt. Quandoque sa-
 pientia strictè sumitur pro cognitione æternorum, secundum il-

lud Aug. in lib. de Trin. Hæc est, inquit, sapientiæ & scientiæ re-
cta distinctio, vt ad sapientiam pertineat æternarum rerum cog-
nitio intellectualis, ad scientiã verò temporalium rerum cog-
nitio rationalis. Et secundum hanc acceptionem sapiëntia non
est omnino diuersa à dono intellectus. Strictius etiã sumitur sa-
pientia pro cognitione suauitatis diuinæ per experiëntiam habi-
ta, & sic à dono intellectus est diuersa. Et differt à dono intelle-
ctus in hoc quòd sapientia tantum veritati æternæ contemplan-
dæ intendit. Intelligentia verò nõ modo de æternis est, sed etiã
de rebus inuisibilibus & spiritualibus tẽporaliter exortis. Isido.
in lib. differentiarum: Sapientia tantummodo æterna contem-
platur. ¶ Item intellectu intelligibilia capimus tantum. Sapien-
tia verò non modo capimus superiora, sed etiã incognitis delect-
tamur. Donum sapientiæ habebat Aug. dicens lib. 10. Confes.
Aliquando, inquit, introrittis me in affectum multum inuita-
tum introrsum nescio quam dulcedinem, quæ si perficiatur in
me, nescio quid erit, quod vita ista non erit. Sed recido in hæc
ærumnosa pòderibus, & resorbeor solitis, & teneor, & multum
fleo. Sed multum teneor quantum consuetudinis sarcina digna
est. Hic esse valeo, nec volo: illic volo, nec valeo, miser utrobique.
Quasi per auditũ cognitionem habet suauitatis diuinæ qui cre-
dit illi verbo, Eccle. 24. Spiritus meus super mel dulcis. Vel illi,
Quam magna multitudo dulcedinis tuę domine. Cognitione quæ
habetur per donum intellectus, est quasi cognitio per visum: cog-
nitio verò quæ habetur per donum sapientiæ, est quasi cog-
nitio per gustum. In Psal. Gustare, & videre quoniã suavis est do-
minus. Donum sapientiæ tranquillat mentem, & reficit. Grego.
Ab intellectu ascenditur ad sapientiam, vt hoc quod acutè intel-
lectus inuenit, sapiëntia maturè disponat. Glo. super Mat. 5. In se-
ptimo est sapientia, id est, contemplatio veritatis pacificans totum
hominem. Aug. in sermone de Timore. Cum in finem per-
uentum fuerit, iã requiescit. Et quis finis, nisi Christus qui est
finis legis ad iustitiã? Et sapiëntia Dei quis, nisi Christus? Propter
hoc sicut septimo posita est sapientia, sic septimo ponitur, Beati-
tudinis. De sapientia dicit Gregorius super Iob 1. Sapiëntia in die
sua pascit, dum de æternorum spe & certitudine mœrem reficit.

*Quinta partis principalis de beatitudinibus
Tractatus.*

*De dicendorum ordine in isto tractatu. Et de descriptione Beati-
tudinis.*

P A R S I.

Vltimo